contendere tecum, tuleritque tunicam tu-
am: dimitte ei pallium tuum etiam. Et 41
quicunque angariaverit te milliavium,
vade cum illo duo. Qui autem petit à 42
te, da ei: & eum qui vult mutuari à te,
ne repellas eum. Audîstis quòd dictum 43
est; Dilige proximum tuum, & odio ha-
beto inimicum tuum. Ego autem dico 44
vobis; Diligite inimicos vestros, & be-
nedicite maledicentibus vobis, & bene-
facite ei qui odit vos: & orate pro eo
qui persequitur vos, & opprimit vos:
ut sitis filii patris vestri qui in cœlis est; 45
nam ipse est qui facit oriri solem suum
super bonos & malos, quique pluit super
justos & injustos. Si enim diligitis eos 46
qui diligunt vos, quam mercedem habe-
bitis? nónne publicani faciunt ita? Et 47
si salutaveritis fratres vestros tantùm,
quid gratiæ vobis est? nónne ita faciunt
idololatræ? Estote vos perfecti sicut pa- 48
ter vester cœlestis, nam ipse perfe-
ctus est.

CAP. VI.

VIdete ne faciatis misericordias ve- 1
stras coram hominibus quatenus spectent
vos: alioquin non erit vobis merces
apud patrem vestrum qui in cœlis est.
Cùm ergò exerceueris misericordiam, 2
noli canere ante te tubâ, sicut faciunt
hypocritæ in synagogis & in vicis, ut
glorificent eos homines. Amen dico vo-
bis, Jam receperunt mercedem suam.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

38 بیست یکم بهر قصاص * شنیدید کفته شد * چشم عوض چشم ودندان عوض
39 دندان * اکنون من با شما مي کویم * که بدي برابر بدي سزاوار مدارید * الاهر که بر روي
40 راست تو بزند * تو روي دیکر پیش او بکردان * وهر که مي خواهد * که بکوشد وپیراهن
41 تو بستاند * قباء ترا نیز بدو ده * وهر که ترا یك فرسنك سخره برد تو دو فرسنك با او برو
42 براي قرض * هر که از تو بخواهد بدو بده وهر که خواهد که از تو قرض
43 کند اورا منع مکن بیست دوم بهر دوستي * شنیدید که کفته شد * یار خود را دوست
44 بدار واز دشمن خود کراهیت کن * اکنون من بشما مي کویم * دشمنان خود را دوست دارید *
وافرین کنید برانان که بر شما نفرین کنند * وهر چه خوبتر کنید با ایشان که شما را دشمن
45 دارند * ونماز کنید برایشان که شمارا بزور بر کشند * وشمارا زحمت دهند * براي انك مانند
پدر شما باشید که بر آسمانست * انك آفتاب خود را بر نیکان وبر بدان بتاباند * وباران خود را
46 بر عادلان وبر ظالمان مي بارد * کساني را که شما را دوست دارند * وشما نیز ایشانرا دوست
47 دارید * چه نیکویي کرده باشید * وکدامین مزد شما را باشد * که سود خوران نیز این را میکنند *
* واکر چنانست که بر برادران خود تنها سلام کنید * چه چیز افزون کرده باشید * نه
48 سود خوران نیز این را مي کنند * اکنون شما تمام باشید مانند پدر شما که بر اسمانست
وتمام است بیست سوم بهر صدقه * اکنون نکه کنید در
1 صدقهء شما * واورا برابر خلق اشکارا مکنید * بدانك خود را بدیشان بنمایید * واکر نه
2 شما را مزد نباشد پیش پدر شما * که بر اسمانست * * واکر صدقه خواهي دادن * برابر
خود ناي وشاخ مزن انجنانك منافقان میکنند * درانجمنها ودر بازارها * از براي انك خلق ایشانرا
ستایش کنند راست بشما بکویم که مزد خود ستاده باشند *

XXI. De talione.

Audîstis dictum fuisse, Oculum pro 38
oculo, & dentem pro dente. Nunc 39
ego vobis dico, ut malum pro malo
non rependatis: sed quicunque in ma-
lam dextram te percusserit, tu mal-
lam alteram ei obvertas. Et qui- 40
cunque voluerit contendere & indu-
sium tuum capere, tunicam tuam et-
iam illi des. Et quicunque te unam 41
parasangam angariaverit, tu duas
parasangas cum illo abeas.

De mutuo.

Quicunque petierit abs te, illi da: & 42
& quicunque voluerit abs te mutua-
ri, ei ne denegato.

XXII. De amore.

Audîstis dictum fuisse, Amicum tu- 43
um charum habeto, & ab inimico
tuo abhorreto. Nunc ego dico vobis; 44
Inimicos vestros amore prosequimi-
ni, & benedicite iis qui maledicunt
vobis, & quidvis melius facite erga
eos qui vos odio habent, & preces
fundite pro iis qui vos per vim tra-
ctant, vobisque molestiam facessunt.
Ut similes Patri vestro sitis qui in 45
cœlis est, qui sõem suum bonis juxta
ac malis illucescere facit, & pluviam
suam super justos & super iniquos
depluit. Eos qui vos amore prose- 46
quuntur si vos etiam redamatis, quid
boni facitis? & quid mercedis vo-
bis erit? quia publicani etiam hoc
faciunt. Et si ita sit quod fratres ve- 47
stros solummodò salute impertitis,
quam rem eximiam facitis? nónne
publicani etiam hoc faciunt. Jam 48
vos perfecti estote instar Patris ve-
stri, qui in cœlis est, & perfectus est.

CAP. VI.

XXIII. De eleemosyna.

ATtendite autem eleemosynæ ve- 1
stræ, & eam coram populo palàm ne
faciatis, ut vos ipsis ostentetis, ali-
oquin vobis merces non erit apud Pa-
trem vestrum qui est in cœlis. Quòd 2
si eleemosynam dare volueris, coram
te fistulâ aut cornu ne clangas, quem-
admodũ hypocritæ faciunt in conven-
tibus & in emporiis, eò ut populus
illos laude afficiant: profectò vobis
dico, quòd mercedem suam rece-
perunt.

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ. ΚΕΦ. Ε'.

Te autem faciente eleemosynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera
3 Σοῦ δὲ ποιοῦντος ἐλεημοσύνην, μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου τί ποιεῖ ἡ δεξιά
tua: Ut ſit tua eleemoſyna in ſecreto: & pater tuus videns
4 σου· Ὅπως ἦ σου ἡ ἐλεημοσύνη ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων
in ſecreto ipſe reddet tibi in manifeſto. Et cùm adores, non eris
5 ἐν τῷ κρυπτῷ, αὐτὸς ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ. Καὶ ὅταν προσεύχῃ, οὐκ ἔσῃ
ſicut hypocritæ, quia amant in ſynagogis, & in angulis
ὥσπερ οἱ ὑποκριταί, ὅτι φιλοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ ἐν ταῖς γωνίαις
platearum ſtantes orare, ut appareant hominibus. Amen
τῶν πλατειῶν ἑστῶτες προσεύχεσθαι, ὅπως ἂν φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις. ἀμὴν
dico vobis, Quòd excipium mercedem ſuam. Tu autem cùm adores, in-
6 λέγω ὑμῖν, Ὅτι ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν. Σὺ δὲ ὅταν προσεύχῃ, εἴσ-
tra in cubiculum tuum, & claudens oſtium tuum, adora patrem
ελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου, καὶ κλείσας τὴν θύραν σου, πρόσευξαι τῷ πα-
tuum qui in ſecreto: & pater tuus confpiciens in ſecreto,
τρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ,
reddet tibi in apparenti. Orantes autem ne inania loquamini;
7 ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ. Προσευχόμενοι δὲ μὴ βαττολογήσητε,
ſicut ethnici: arbitrantur enim quòd in multiloquio ſuo exau-
ὥσπερ οἱ ἐθνικοί· δοκοῦσι γὰρ ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακου-
dientur. Ne igitur aſſimilemini eis: novit enim pater veſter quorum uſum
8 σθήσονται. Μὴ οὖν ὁμοιωθῆτε αὐτοῖς· οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὧν χρείαν
habetis, ante vos petere eum. Sic ergò adorate vos: Pater
9 ἔχετε, πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐτόν. Οὕτως οὖν προσεύχεσθε ὑμεῖς· Πάτερ

noſter qui in cœlis, ſanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum
ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. Ἐλθέτω ἡ βασιλεία 10
tuum: Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra. Pa-
σου· γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Τὸν ἄρ- 11
nem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodiè. Et dimitte nobis
τον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον. Καὶ ἄφες ἡμῖν 12
debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus
τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις
noſtris. Et ne inferas nos in tentationem, ſed libera nos à
ἡμῶν. Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ 13
malo. Quoniam tuum eſt regnum, & potentia, & gloria, in ſecula.
τοῦ πονηροῦ. ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας.
Amen. Si enim dimiſeritis hominibus lapſus eorum, dimittet
ἀμήν. Ἐὰν γὰρ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, ἀφήσει 14
& vobis pater veſter cœleſtis. Si autem non dimiſeritis hominibus
καὶ ὑμῖν ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος. Ἐὰν δὲ μὴ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις 15
lapſus ipſorum, nec pater veſter dimittet lapſus
τὰ παραπτώματα αὐτῶν, οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἀφήσει τὰ παραπτώματα
veſtros. Cùm autem jejunatis, ne fiatis ſicut hypocritæ, obtriſtati.
ὑμῶν. Ὅταν δὲ νηστεύητε, μὴ γίνεσθε ὡσπερ οἱ ὑποκριταί, σκυθρωποί. 16
obſcurant enim facies ſuas, ut appareant hominibus jeju-
ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν, ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις νηστεύ-
nantes. Amen dico vobis, Quia recipiunt mercedem ſuam.
οντες. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, Ὅτι ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν.

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

Tu verò cùm facis eleemoſynam, neſciat 3
ſiniſtra tua quid agat dextera tua: Ut ſit 4
eleemoſyna tua in abſcondito: & pater
tuus qui videt in abſcondito, ipſe repen-
det tibi in propatulo. Et cùm oras, ne 5
ſis ſicut hypocritæ qui amant ſtare in ſyn-
agogis, & in angulis platearum ad oran-
dum, ut ſpectentur ab hominibus. Equi-
dem dico vobis, Receperunt mercedem ſu-
am. Tu verò cùm oras, introito in con- 6
clave tuum, & claude oſtium tuum, &
ora patrem tuum qui eſt in abſcondito,
& pater tuus qui videt in abſcondito, re-
pendet tibi in propatulo. Cúmque ora- 7
tis, ne ſitis garruli ſicut ethnici: putant
enim fore ut per ſermonem copioſum ex-
audiantur. Ne igitur illis aſſimilemini: 8
etenim pater veſter novit quid requiratur
vobis, antequàm petatis ab eo. Vos ita 9
orate; Pater noſter qui es in cœlis, ſan-
ctificetur nomen tuum: Adveniat regnum 10
tuum; fiat voluntas tua ſicut in cœlo &
in terra. Da nobis panem indigentiæ no- 11
ſtræ hodié. Et remitte nobis debita no- 12
ſtra, ſicut nos etiam remittimus debitori-
bus noſtris: Et ne nos inducas in tentatio- 13
nem; ſed libera nos à malo. Quia tuum
eſt regnum, & potentia, & gloria, in ſe-
cula ſeculorum. Si enim remiſeritis ho- 14
minibus ſtultitias ipſorum, remittet etiam
vobis pater veſter, qui eſt in cœlis. Sin 15
autem non remiſeritis hominibus, nec
etiam pater veſter remittet vobis ſtultitias
veſtras.

Secunda feria ſeptimanæ ſecundæ jejunii.

Cùm autem jejunatis, ne ſitis tetrici ſicut 16
hypocritæ, deturpant enim vultus ſuos,
ut appareant hominibus jejunantes: equi-
dem dico vobis, Receperunt mercedem
ſuam.

Verſio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

3 ወለንተሰ ፡ ሶበ ፡ ትገብር ፡ ምጽዋተ ፡ ሊታለመር ፡ ፀጋመከ ፡ ዘትገብር ፡ የማንከ፡=
4 ከመ ፡ በክዴን ፡ ይኩን ፡ ምጽዋትከ ፡ ወለቡከ ፡ ዘይሬኢ ፡ ዘበ ፡ ኅቡእ ፡ ይፈድየከ ፡ ክ
5 ሡተ፡::=ፁ ወሶበሂ ፡ ትጼልዩ ፡ ሊትኩኑ ፡ ከመ ፡ መድልዋን ፡ እሙ ፡ ያፈቅሩ ፡ በምኵራብ
ት ፡ ወውስተ ፡ መላዝነ ፡ መራሕብተ ፡ ለኔቀጽ ፡ ቁመ፡ወጸልዮ ፡ ከመ፡ያስተርእዩ ፡ ለሰብእ፡
6 ለሜን፡ እብለክሙ፡ ተኮሉ፡ ዕሴቶሙ፡=ፁ ወለንተሰ ፡ ሶበ ፡ ትጸሊ፡ባእ ፡ ቤተከ ፡ ወዕጹ ፡
ኆኅተከ ፡ ወጸሊ ፡ ለአቡከ ፡ ለዘ ፡ ዐኅቡእ ፡ ወለቡከ ፡ ዘይሬኢ ፡ በኅቡእ ፡ ይዐሲየከ ፡
7 ክሡተ፡::=ፁ ወእንዘ ፡ ትጼልዩ ፡ ሊትዘነግው ፡ ከመ፡ለሕዛብ ፡ እሙ ፡ ይመስሎሙ ፡ በለ
8 ብዝኆ ፡ ንባቦሙ ፡ ዘይሰመዖሙ፡=ፁ ሊትትመሰልዎሙ ፡ እሙ ፡ ያአምር፡ ለቡከሙ ፡ ሰ
9 ማያዊ ፡ ዘትፈቅዱ ፡ ዘእንበለ ፡ ትስእልዎ፡=ፁ ከመዝኬ ፡ ጸልዩ ፡ እንትሙሰ ፡፡ አቡነ ፡
10 ዘበሰማያት ፡ ይትቀደስ ፡ ስምከ፡=ፁ ትመጽእ ፡ መንግሥትከ ፡ ይኩን ፡ ፈቃደከ ፡ በከ
11 ሙ ፡ በሰማይ ፡ ወበመድርኢ፡=ፁ ሲሳየነ ፡ ዘለለ ፡ ዕለተነ ፡ ሀበነ ፡ ዮም፡::=ፁ
12 ኀድግ ፡ ለነ ፡ ለበሰነ ፡ ከመ ፡ ንሕነኒ ፡ ንኀድግ ፡ ለዘ ፡ ለበሰ፡ለነ፡=ፁ ወሊታብለነ፡ ውእተ ፡
13 መንሱት ፡ ለነ ፡ ለድኅነነ ፡ ወበልሐነ ፡ እመኵሉ ፡ እኩይ ፡፡ እሰመ ፡ ዚላከ ፡ ይእቲ ፡ መን
14 ግሠት ፡ ኀይል ፡ ወስብሐት ፡ ለዓለመ ፡ ዓለም ፡ ለሜን፡::=ፁ እሰመ ፡ እመ ፡ ኀደግዎ ፡ ለ
15 ሰብእ ፡ ለበሳሆሙ ፡ ይኀድግ ፡ ለክሙኒ ፡ ለቡከሙ ፡ ሰማያዊ ፡ ለበሰክሙ፡=ፁ ወእመሰ ፡ ሊ
16 ኀደግዎ፡ለሰብእ ፡ ለበሰሆሙ ፡ ለቡከሙኒ፡ ሊየኀድግ ፡ ለበሰክሙ፡::=ፁ ወሶበ ፡ ትጸውሙ ፡
ሊትኩኑ ፡ ከመ ፡ መድልዋን ፡ ሊትጸመሀዩ ፡ እሙ ፡ ያማስኑ ፡ ገጾሙ ፡ ከመ ፡ ያስተርእዩ ፡
ለሰብእ ፡ ከመ ፡ ጾሙ ፡ ለሜን ፡ እብለክሙ ፡ ሰለጡ ፡ ዐስቦሙ፡=ፁ

Sed quum tu facies eleemoſynam, ne cognoſcat ſiniſtra tua quid faciat dex- 3
tera tua: Ut in occulto ſit eleemoſyna tua: & pater tuus qui videt quod 4
in occulto eſt, reddet tibi manifeſtè. Et quando oratis, ne ſitis ſicut hypocri- 5
tæ, quoniam amant in ſynagogis, & in angulis platearum portæ ſtare, & ora-
ve ut appareant hominibus: Amen dico vobis, Perdiderunt mercedem ſuam.
Sed tu quum oraveris, ito in domum tuam, & claude oſtium tuum, & ora pa- 6
trem tuum qui eſt in occulto: & pater tuus qui videt in occulto, retribuet
tibi manifeſtè. Et orantes, ne loquamini incompoſitè ſicut populi: quoniam 7
illi exiſtimant, quòd in multiloquio ſuo exaudiantur. Ne igitur ipſis aſſi- 8
milemini: quoniam cognoſcit pater veſter cœleſtis quibus indigeatis, ante-
quam petatis eum. Vos igitur ita precemini; Pater noſter qui es in cœlis, ſan- 9
ctificetur nomen tuum: Veniat regnum tuum; fiat voluntas tua, ſicut in cœ- 10
lo, & in terra etiam. Cibum noſtrum cujuſque diei noſtri da nobis hodiè. 11
Remitte nobis peccata noſtra, ſicut nos remittimus ei qui deliquit contra nos. 12
Et ne inducas nos in tentationem: ſed redime nos, & extrahe nos ab omni 13
malo: quoniam tuum eſt regnum, potentia, & gloria in ſeculum ſeculi, Amen.
Quoniam ſi remiſeritis hominibus peccata ſua, remittet vobis etiam pater 14
veſter cœleſtis peccata veſtra. Et ſi non remiſeritis hominibus peccata ſua; 15
pater veſter etiam non remittet peccata veſtra. Et quando jejunatis, ne ſi- 16
tis ſicut hypocritæ, ne ſitis triſtes: quoniam corrumpunt facies ſuas, ut conſtet
hominibus quòd jejunaverint. Amen dico vobis, Compleverunt mercedem ſuam.

Versio VULGATA LATINA.

3 Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua:
4 ut sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.
5 Et cùm oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis & in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus. Amen dico vobis, Receperunt
6 mercedem suam. Tu autem cùm oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.
7 Orantes autem, nolite multùm loqui, sicut Ethnici: putant enim quòd in multilo-
8 quio suo exaudiantur. Nolite ergò assimilari eis: scit enim pater vester, quid
9 opus sit vobis, antequàm petatis eum. Sic ergò vos orabitis; Pater noster, qui es in cœlis: sanctificetur nomen tuum. Adveniat, regnum tuum. Fiat voluntas 10
tua, sicut in cœlo, & in terra. Panem nostrum supersubstantialem da nobis ho- 11
die. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. 12
Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amen. Si enim dimi- 13
seritis hominibus peccata eorum: dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta 14
vestra. Si autem non dimiseritis hominibus: nec pater vester dimittet vobis 15
peccata vestra. Cùm autem jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: exter- 16
minant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunantes. Amen dico vobis, Quia receperunt mercedem suam.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

3 *وانت اذا صنعت رحمة فلا تعلم شمالك بما صنعت يمينك *لتكون صدقتك في خفية * وابوك
4 الذي يرى الخفية يجزيك علانية * الفصل العاشر * واذا صليتم فلا تكونوا
5 كالمرائيين * الذين يحبون القيام في الجامع وفي زوايا الازقة يصلون ليظهروا للناس * امين اقول
6 لكم انهم قد اخذوا اجرهم * وانت اذا صليت فادخل بخدعك واغلق بابك عليك وصل
7 لابيك سرا * وابوك يرى السر يعطيك علانية * واذا صليتم فلا تكثروا الكلام كالوثنيين فانهم
8 يظنون ان بسبسمع لهم بكثرة كلامهم * فلا تتشبهوا بهم * لان اباكم عالم بما تحتاجون اليه
9 قبل ان تسالوه اياه * وهكذي تصلون انتم * يا ابانا الذي في السموات يتقدس اسمك * تاتي
10 ملكوتك * تكون مشيتك كما في السماء وعلى الارض * خبزنا الذي للغد اعطنا اليوم * واغفر
11 لنا ما علينا كما نغفر نحن لمن لنا عليه * ولا تدخلنا التجارب لكن نجنا من الشرير [] * فان
12 غفرتم للناس خطاياهم غفر لكم ابوكم السماوي خطاياكم * وان لم تغفروا للناس [] فلا ابوكم
13 السماوي يغفر لكم خطاياكم * واذا صمتم فلا تكونوا كالمرائيين * لانهم يغيرون وجوههم
14 ويغيرونها ليظهروا للناس صيامهم * امين اقول لكم لقد اخذوا اجرهم *

Tu autem cùm feceris misericordiam, 3
nesciat sinistra tua quid egerit dextera 4
tua: ut sit eleemosyna tua in abscondi-
to: & pater tuus qui aspicit secretum,
reddet tibi palàm.

Sectio decima.

Et cùm oratis, ne sitis sicut hypocritæ, 5
qui amant stare in synagogis, & in an-
gulis platearum orant, ut appareant ho-
minibus: Amen dico vobis, quòd jam
receperunt mercedem suam. Tu autem 6
cùm oraveris, ingredere penetrale tuum,
& claude ostium tuum super te, & ora
patrem tuum secretò: & pater tuus vi-
det occultum, dabitque tibi manifestè.
Cùmque oraveritis, ne multiplicetis 7
verba sicut ethnici: hi enim putant se
exaudiendos ob multitudinem verbo-
rum. Ne ergò imitemini eos: quoniam 8
pater vester novit id cujus indigetis,
antequàm petatis illud ab eo. Sic au- 9
tem orabitis vos; O Pater noster qui es
in cœlis, sanctificetur nomen tuum. Ad- 10
veniat regnum tuum. Fiat voluntas tua,
sicut in cœlo, & super terram. Panem 11
nostrum crastinum da nobis hodiè. Et 12
dimitte nobis quod debemus, sicut dimit-
timus nos ei qui nobis debet. Et ne nos 13
inducas in tentationem: ed libera nos
à maligno. Si enim dimiseritis homini- 14
bus peccata eorum, dimittet vobis pater
vester cœlestis peccata vestra. Si autem 15
non dimiseritis hominibus; neque pater
vester cœlestis dimittet vobis peccata
vestra. Cùm autem jejunatis, ne sitis si- 16
cut hypocritæ: hi enim atras præbent fa-
cies suas, immutant eas, ut ostentent ho-
minibus jejunium suum. Amen dico vo-
bis, Jam receperunt mercedem suam.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

3 * اكر وقتي تو صدقه دهي بايد كه دست راست تو ندانند * انچ دست چپ تو ميكند *
4 چنانك صدقهء تو بنهان باشد * وپدر تو به بنهاني مي بيند عوضش اشكارا بدهد
5 بيست چهارم اشارت بهر نماز * وچون نماز كني مباش همچون منافقان كه
دوست دارند كه در انجمنها وبر كنار كوچها وبازارها نماز كنند * بدانك خلق ايشانرا ببينند *
6 راست بشما بكويم كه مزد خود ستده باشند * چون تو نماز خواهي كردن در خلوتكاه
خود رو * ودر خود را ببند وپر پدر نهان خود نماز كن * وپدر تو بنهان بيند واشكارا بتو
7 عوض دهد * وقتي كه نماز كنيد بسيار بيهوده مكوييد همچون حنيفيان * زيرا مي
8 پندارند كه بپسياري كفتن ازيشان شنوده مي شود * نه اين چنين بديشان همانا
باشيد * براي انك پدر شما مي داند انچ شمارا در بايست است * زود تر ازانك ازو بخواهيد
9 * ليكن شما اين چنين نماز كنيد بيست پنجم صورت نماز كفتن پدر ما كه
10 بر اسماني * پاك است نام تو * بيايد ملكوت تو * بشود خداوند * ارادت تو * انچنانك در اسمان
11 12 ودر زمين * * نان مارا بده انچ روزرا در بايست است * * وكناهها مارا فرو كذار انچنانك ما نيز
13 براي ايشان كه بر ما كناه كرده باشند فرو كذاريم * * ومارا در ازمايشها بلا ميندازالا از
بدي شر مارا نكاه دار وبرهان * براي انك ملكوت * وتيرومندي * وعظمت ازان توست *
14 اكنون * وتا ابد الابد * آمين * بيست ششم جهت برد باري * اكر كناهها خلق
15 را فرو كذاريد * پدر شما كه بر آسمانست * كناهها شما نيز فرو كذارد * * واكر كناهها
خلق را فرو نكذاريد * پدر شما نيز كناهها شما را فرو نكذارد بيست هفتم
16 جهت روزه * وقتي كه روزه داريد * روي خود را دژمناك وترش مكنيد همچون
منافقان * كه روي خودرا دژمناك وترش بنمايند * وخود را بر خلق عرض كنند كه
روزه مي داريد * راست بشما بكويم كه مزد خود ستده باشند *

Si quando tu eleemosynam dederis, 3
oportet ut man' dextra tua non sciat
id quod manus sinistra tua facit.
Ut eleemosyna tua in occulto sit: & 4
Pater tuus qui in occulto videt,
præmium ejus palam det.

XXIV. Consilium de oratione.

Et cùm orationem feceris, ne sis ut 5
hypocritæ, qui amant ut in synagogis
& in ora platearum & emporiorum
precentur, eò ut homines eos videant:
profectò vobis dico, quòd mercedem
suam receperunt. Cùm tu precari vo- 6
lueris, in conclave tuum ito, & osti-
um tuum claude, & patri tuo occul-
to preces facito; nam pater tuus in
occulto videt, & palam tibi præmi-
um referet. Quo tempore oratis, 7
multa vana ne proloquimini sicut
ethnici: putant enim multiloquium
suum exauditum iri. Ne ad hunc 8
modum eorum æmuli estote: quia
Pater vester novit quid vobis opus
est, priusquam ab eo petatis. Vos 9
autem sic orate,

XXV. Formula orandi.

Pater noster qui in cœlis es, sanctum
est nomen tuum. Adveniat regnum 10
tuum. Fiat, Domine, voluntas tua,
sicut in cœlis & in terra. Panem 11
nobis da qui diei necessarius est. Et 12
peccata nostra remitte, sicut nos eti-
am iis qui in nos peccaverunt remit-
timus. Et nos in tentationes afflicti- 13
onis ne injicias, sed à malitia mali
nos serva & libera: quia tuum est
regnum, & potentia, & majestas,
nunc, & in seculum seculi. Amen.

XXVI. De tolerantia.

Si delicta hominibus remittatis, 14
Pater vester, qui in cœlis est, peccata
vestra etiam remittet. Sin delicta 15
hominibus non remiseritis, Pater
vester etiam peccata vestra non re-
mittet.

XXVII. De jejunio.

Quando jejunium habetis, faciem 16
vestram tristem & tetricam ne red-
datis, sicut hypocritæ; nam faciem
suam tristem & tetricam ostendunt,
& sese populo manifestant, quòd je-
junent: utique vobis dico, quòd
mercedem suam acceperunt.

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ. ΚΕΦ. Ε'.

Tu autem *jejunans*, unge tuum caput, & faciem tuam
17 Σὺ δὲ νηστεύων, ἄλειψαί σου τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ πρόσωπόν σου
lava: Ut ne *appareas* hominibus jejunans, sed patri
18 νίψαι· Ὅπως μὴ φανῇς τοῖς ἀνθρώποις νηστεύων, ἀλλὰ τῷ πατρί
tuo qui in *secreto*: & pater tuus *videns* in *secreto*, reddet
σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει
tibi *in manifesto*. Ne *thesaurizate* vobis thesauros in terra,
19 σοι ἐν τῷ φανερῷ. Μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς,
ubi ærugo & tinea *exterminat*, & ubi fures *perfodiunt*, & furantur.
ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει, καὶ ὅπου κλέπται διορύσσουσι, καὶ κλέπτουσι.
Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo, ubi neque ærugo, neque tinea
20 Θησαυρίζετε δὲ ὑμῖν θησαυροὺς ἐν οὐρανῷ, ὅπου οὔτε σὴς, οὔτε βρῶσις
exterminat, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. Ubi enim est
21 ἀφανίζει, καὶ ὅπου κλέπται οὐ διορύσσουσιν, οὐδὲ κλέπτουσιν. Ὅπου γάρ ἐστιν
thesaurus *vester*, ibi *erit* & cor *vestrum*. Lucerna corporis
22 ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ ἔσται καὶ ἡ καρδία ὑμῶν. Ὁ λύχνος τοῦ σώματός
est oculus: si *igitur* oculus tuus simplex fuerit, totum corpus
ἐστιν ὁ ὀφθαλμός· ἐὰν οὖν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά
tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus *malus* fuerit, totum
23 σου φωτεινὸν ἔσται. Ἐὰν δὲ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρὸς ᾖ, ὅλον
corpus tuum tenebrosum erit. Si ergò lumen quòd in te,
τὸ σῶμά σου σκοτεινὸν ἔσται. Εἰ οὖν τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ,

— tenebræ sunt, tenebræ quantæ? Nemo potest duobus dominis
μη σκότος ἐστὶ, τὸ σκότος πόσον; Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις 24
servire: aut enim unum *oderit*, & alterum diliget: aut unum
δουλεύειν· ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει· ἢ ἑνὸς
amplexabitur, & alterum *despiciet*. Non potestis Deo servire &
ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει. Οὐ δύνασθε θεῷ δουλεύειν καὶ
— mammonæ. *Propter hoc* dico vobis, Ne *anxiemini* animæ vestræ,
μθ μαμωνᾷ. Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, Μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν, 25
quid manducetis, & *quid bibatis*: neque corpori vestro, quid induamini:
τί φάγητε, καὶ τί πίητε· μηδὲ τῷ σώματι ὑμῶν, τί ἐνδύσησθε.
nónne anima plus est *esca*, & corpus *indumento*?
οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος;
Inspicite in volatilia cœli, quoniam non *seminant*, neque
Ἐμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ 26
metunt, neque congregant in horrea, & pater vester
θερίζουσιν, οὐδὲ συνάγουσιν εἰς ἀποθήκας, καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν
cœlestis pascit illa. Nónne vos magis *excellitis* illis: Quis autem
ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτά. Οὐχ ὑμεῖς μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν; Τίς δὲ 27
ex vobis *anxius* potest adjicere ad staturam suam cubitum
ἐξ ὑμῶν μεριμνῶν δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν
unum?
ἕνα;

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

17 ܐܢܬ ܕܟܝ ܨܐܡ ܐܫܚ ܠܟ ܘܐܣܟ ܦܢܝܟ ·
18 ܕܠܐ ܢܬܚܙܐ ܠܒܢܝ ܐܢܫܐ ܨܐܡ ܐܠܐ ܠܐܒܘܟ ܕܒܣܬܪܐ ·
ܘܐܒܘܟ ܕܚܙܐ ܒܣܬܪܐ ܢܦܪܥ ܠܟ ·
19 ܠܐ ܬܓܡܥܘܢ ܠܟܘܢ ܓܢܙܐ ܥܠ ܐܪܥܐ ·
ܐܝܟ ܕܥܬ ܥܬܐ ܘܫܪܝܢܐ ܡܫܚܬ ܘܐܝܟ ܕܥܬ ܓܢܒܐ ܚܦܪ ܘܓܢܒ ·
20 ܐܠܐ ܓܡܥܘ ܠܟܘܢ ܓܢܙܐ ܒܫܡܝܐ ·
ܕܠܐ ܥܬ ܥܬܐ ܘܫܪܝܢܐ ܡܫܚܬ ܘܠܐ ܥܬ ܓܢܒܐ ܚܦܪ ܘܓܢܒ ·
21 ܐܝܟ ܕܐܝܟܐ ܐܝܬ ܠܟ ܓܢܙܟ ܐܦ ܠܒܟ ܢܗܘܐ ·
22 ܫܪܓ ܥܝܢܟ ܗܝ ܢܘܗܪܐ ܕܓܫܡܟ ·
ܐܢ ܥܝܢܟ ܫܦܝܪܬܐ ܗܘܝܬ ܟܠ ܓܫܡܟ ܢܗܝܪ ·
23 ܐܢ ܕܝ ܥܝܢܟ ܒܝܫܬܐ ܗܘܝܬ ܟܠ ܓܫܡܟ ܚܫܘܟ ܢܗܘܐ ·
ܐܢ ܗܟܝܠ ܢܘܗܪܐ ܕܒܟ ܚܫܘܟ ܗܘ ·
24 ܠܐ ܡܫܟܚ ܠܐ ܓܒܪܐ ܕܢܦܠܚ ܠܬܪܝܢ ܡܪܐ ·
ܐܘ ܕܢܣܢܐ ܠܚܕ ܘܢܪܚܡ ܠܚܕ ·
ܐܘ ܕܢܬܩܪܒ ܠܚܕ ܘܢܒܙܐ ܠܚܕ ·
ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܪܝܐ ܘܠܡܡܘܢܐ ·

Tu verò cùm jejunas, ablue vultum tuum, & unge caput tuum. Ut ne appareas hominibus jejunans, sed patri tuo qui est in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito, ipse rependet tibi. Ne reponatis vobis thesauros in terra, loco ubi tinea & ærugo corrumpunt, & ubi fures perfodiunt & furantur. Sed reponite vobis thesauros in cœlo, ubi nec tinea nec ærugo corrumpunt; & ubi fures non perfodiunt, neque furantur. Ubi enim est thesaurus vester, illic est etiam cor vestrum. Lucerna corporis est oculus: si oculus tuus igitur fuerit simplex, etiam totum corpus tuum lucidum erit. Sin autem oculus tuus fuerit malus, totum corpus tuum tenebricosum erit: si ergò lumen quod est in te, tenebræ sunt, tenebræ tuæ quantæ futuræ sunt? Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odio prosequetur, & alterum diliget; aut unum honorabit, & alterum contemnet: non potestis Deo servire & divitiis.

Feria tertia Septimanæ primæ Quadragesimæ. 13.

25 ܥܠ ܗܟܝܠ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܠܐ ܬܗܘܘ ܡܗܬܡܝܢ ܠܢܦܫܟܘܢ ܡܐ ܬܐܟܠܘܢ ܘܡܐ ܬܫܬܘܢ ·
ܘܠܓܫܡܟܘܢ ܡܐ ܬܠܒܫܘܢ · ܗܠܐ ܢܦܫܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܡܙܘܢܐ ·
ܘܓܫܡܐ ܡܢ ܠܒܘܫܐ · ܐܣܬܟܠܘ ܠܛܝܪܐ ܕܫܡܝܐ ·
26 ܕܠܐ ܙܪܥܝܢ ܘܠܐ ܚܨܕܝܢ ܘܠܐ ܟܢܫܝܢ ܒܒܝܬܐ ·
ܘܐܒܘܟ ܕܒܫܡܝܐ ܡܦܢܐ ܠܗܢ · ܗܠܐ ܐܢܬܘܢ ܝܬܝܪ ܡܢܗܢ ·
27 ܘܡܢ ܡܢܟܘܢ ܕܡܗܬܡ ܢܘܣܦ ܥܠ ܩܘܡܬܗ ܐܡܬܐ ·

Propterea dico vobis, Ne soliciti sitis animæ vestræ quid esuri sitis, & quid bibituri: nec corpori vestro quâ re sitis induendi: nónne anima præstantior est alimento, & corpus indumento? Intuemini volucres cœli, quæ nec serunt, nec metunt, neque cogunt in horrea, & pater vester qui est in cœlis alit eas: nonne vos estis eis præstantiores? Quis est autem ex vobis qui solicitus possit addere ad staturam suam cubitum unum?

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

17 ወለኀትሰ ፡ ጾበ ፡ ትጸውም ፡ ቅባእ ፡ ርእስከ ፡ ወገጸከ ፡ ተኀፀብ፡=ፁ ከመ ፡ ኢትስተ
18 ረኢ ፡ ለሰብእ ፡ ከመ ፡ ጾመከ ፡ ዘእንበለ ፡ ለአቡከ ፡ ዘበ ፡ ሳቡእ ፡ ወለአቡከ ፡ ዘይሬ
ኢ ፡ ዘበ ፡ ሳቡእ ፡ የአሲያከ ፡ ክሡተ፡፡=ፁ በቀደሚ ፡ ሰንበተ ፡ ክርስቲያን ፡ በጸ
19 ፡፡ ኢትዝግቡ ፡ ለክሙ ፡ መዛግብተ ፡ ውስተ ፡ ምድር ፡ ኀበ ፡ ፀፄ ፡ ወቍኣንቍኄ ፡
20 ይማስኖ ፡ ወኀበ ፡ ሰረቅት ፡ ይከርዩ ፡ወይሰርቁ፡፡=ፁ ዝግቡ ፡ ለክሙ ፡ መዛግብተ ፡ ው
ስተ ፡ ሰማያት ፡ ኀበ ፡ ፀፄ ፡ ወኢይእኽዝ ፡ ወኢቍኣንቍኄ ፡ ያማስኖ ፡ ወኀበ ፡ ሰረቅ
21 ት ፡ ኢይከርዩ ፡ ወኢይሰርቁ፡=ፁ እስመ ፡ ኀበ ፡ ሀሎ ፡ መዝገብከ ፡ ሂየ ፡ ይሄሉ ፡ ልብ
22 ከ፡፡=ፁ ማኅቶቱ ፡፡ ለሥጋከ ፡ ውእቱ ፡ ዒይነከ ፡ እመ ፡ ዒይነከ ፡ ስፉሕ ፡ ኵሉ ፡
23 ለሥጋከ ፡ ብሩህ ፡ ውእቱ፡=ፁ ወእመሰ ፡ ዒይነከ ፡ ፀዋግ ፡ ኵሉ ፡ ነፍስትኸ ፡ ጽልመ
ት ፡ ይከውን ፡ ወእመሰ ፡ ብርሃን ፡ ዘደቤከ ፡ ጽልመት ፡ ውእቱ ፡ ጽልመትሰ ፡ እ
24 ፎ፡፡=ፁ ለልቦ ፡ ዘይክል ፡ ለክልእቱ ፡ ለጋለሰት ፡ ተቀንዮ ፡ እማእኮ ፡ ላሐደ ፡ ይጸ
ልእ ፡ ወከልእ ፡ ያፈቅር ፡ ወእማእኮ ፡ ለላሐዱ ፡ ይትሌዘዝ ፡ ወለከልኡ ፡ ሊይትሌ
ዞዝ ፡ ሊትክሡኬ ፡ ለእግዚአብሔር ፡ ተቀንዮ፡ ወለንዋይ ፡ ዝኣለመ፡፡=ፁ
በቀደሚ ፡ ሰንበት ፡ ዘጽግያት፡፡
25 በእንተዝ ፡ እብለክሙ ፡ ሊትተክዙ ፡ ለነፍስክሙ ፡ ዘትበልዑ ፡ ወለነፍሰትክሙ ፡ ዘት
26 ሰብኡ ፡ ለጕሁ ፡ ነፍስ ፡ ተዐቢ ፡ እሙሲሳት ፡ ወነፍስት ፡ እሙልብስ፡=ፁ ነጽሩ ፡ ለዕ
ሣፉ ፡ ሰማይ ፡ ከመ ፡ ሊይዘርኡ ፡ ወለሂ ፡ የለርሩ ፡ ወሊያስተጋብኡ ፡ ውስተ ፡ ለ
27 ብያት ፡ ወለቡክሙ ፡ ሳማያዊ ፡ ይሴሲዮሙ ፡ ለኔትሙሁ ፡ እኔን ፡ ትኄይስሙ፡=ፁ መ
ኑ ፡ እሙኔክሙ ፡ በተክዘ ፡ ዘይክል ፡ ወስከ ፡ እመደበ ፡ ቆሙ ፡ እመተ ፡ ሊሐደ፡=ፁ

Et tu quum jejunaveris, unge caput tuum, & faciem tuam lava: 17
ut non constet hominibus quòd jejunásti, sed Patri tuo qui est in absconditio: & 18
Pater tuus videns quod in absconditio est, retribuet tibi manifestè.

In prima Dominicæ Jejunii.

Ne thesaurizate vobis thesaurum in terra, ubi tinea et ærugo corrumpunt eum, 19
et ubi fures perfodiunt & furantur. Thesaurizate vobis thesaurum in cœlis: ubi 20
tinea non rodit, neque ærugo corrumpit, & ubi latrones non perfodiunt
neque furantur; Quoniam ubi est thesaurus tuus, ibi erit cor tuum. 21
Lucerna corporis tui est oculus tuus: si oculus tuus apertus sit, totum corpus 22
tuum lucidum erit. Et si oculus tuus malus, totum corpus tuum tenebrosum 23
erit. Et si lux quæ supra te est tenebræ sit, tenebræ tuæ quantò magis?
Non est qui potest duobus dominis servire; nisi unum odio habeat, & alte- 24
rum diligat: & nisi uni pareat, & alteri non pareat. Non potestis Domino
servire & divitiis hujus mundi.

In prima Dominicæ florum.

Propterea dico vobis; Ne estote soliciti de anima vestra quid manduce- 25
tis: & de corpore vestro quo induamini. Nonne anima major est
cibo? & corpus quàm vestimentum. Respicite volucres cœli; quòd non 26
serunt, neque metunt, neque cogunt in domos, & pater vester cœlestis pascit
eos: vos quidem igitur præstatis iis. Quis è vobis, solicitè cogitando, qui 27
potest apponere super staturam suam cubitum unum?

Versio VULGATA LATINA.

17 Tu autem, cùm jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava, Ne videaris homi-
18 nibus jejunans, sed patri tuo, qui est in abscondito: & pater tuus, qui videt in
19 abscondito, reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: ubi ærugo, & tinea demolitur: & ubi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem
20 vobis thesauros in cœlo: ubi neque ærugo, neque tinea demolitur; & ubi fures
21 non effodiunt, nec furantur. Ubi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.
22 Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus
23 tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam: totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergò lumen; quod in tè est, tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quantæ erunt? Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odio habebit, 24
& alterum diliget; aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo servire & mammonæ. Ideò dico vobis; Ne soliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nónne anima plus est quàm esca: & 25
corpus plus quàm vestimentum? Respicite volatilia cœli, quoniam non serunt, ne- 26
que metunt, neque congregant in horrea: & pater vester cœlestis pascit illa. Nónne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrûm cogitans potest adjicere ad 27
staturam suam cubitum unum?

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

17 18 * وَأَنْتَ إِذَا صُمْتَ فَادْهُنْ رَأْسَكَ وَاغْسِلْ وَجْهَكَ * لِئَلَّا يَظْهَرَ لِلنَّاسِ صِيَامُكَ * لَكِنْ لِأَبِيكَ

Tu autem cùm jejunas, unge caput tuum, & lava faciem tuam: Ut non ap- 17 18
pareat hominibus jejunium tuum, sed

عَالِمِ السِّرِّ * وَأَبُوكَ الَّذِي يَرَى السِّرَّ يُجَازِيكَ [] * الْفَصْلُ الْحَادِي عَشَرَ * 19 * لَا تَكْنِزُوا

patri tuo conscio secreti: & pater tuus qui videt occultum, rependet tibi.

Sectio undecima.

لَكُمْ كُنُوزاً فِي الْأَرْضِ حَيْثُ الْآكَلَةُ وَالسُّوسُ يُفْسِدُونَ وَالسَّارِقُونَ يَنْقُبُونَ فَيَسْرِقُونَ * لَكِنْ 20
اكْنِزُوا لَكُمْ كُنُوزاً فِي السَّمَاءِ حَيْثُ لَا آكَلَةَ وَلَا سُوسَ يُفْسِدُونَ * وَلَا يَنْقُبُ السَّارِقُونَ
21 فَيَسْرِقُونَ * لِأَنَّهُ حَيْثُ تَكُونُ كُنُوزُكُمْ فَهُنَاكَ تَكُونُ قُلُوبُكُمْ * سِرَاجُ الْجَسَدِ الْعَيْنُ *
22 فَإِنْ كَانَتْ عَيْنُكَ بَسِيطَةً جَسَدُكَ كُلُّهُ يَكُونُ نَيِّراً * وَإِنْ كَانَتْ [] سَيِّئَةً جَسَدُكَ كُلُّهُ
23 يَكُونُ مُظْلِماً * فَإِذَا كَانَ النُّورُ الَّذِي فِيكَ ظَلَاماً فَالظَّلَامُ مَا هُوَ * لَا يَسْتَطِيعُ أَحَدٌ أَنْ 24
يَعْبُدَ رَبَّيْنِ إِلَّا أَنْ يُبْغِضَ الْوَاحِدَ وَيُحِبَّ الْآخَرَ * أَوْ يُجِلَّ الْوَاحِدَ وَيَحْتَقِرَ الْآخَرَ * لَا تَقْدِرُونَ أَنْ
25 تَعْبُدُوا اللَّهَ وَالْمَالَ * الْفَصْلُ الثَّانِي عَشَرَ * * فَلِهَذَا أَقُولُ لَكُمْ لَا تَهْتَمُّوا

Ne thesaurizetis vobis thesauros in ter- 19
ra, ubi ærugo & tinea depravant, & fures industriosè laborant ac furantur.
Sed thesaurizate vobis thesauros in cœ- 20
lo, ubi neque ærugo neque tinea depravant, neque effodiunt fures atque furantur. Quoniam ubi sunt thesauri ve- 21
stri, ibi sunt corda vestra. Lucerna cor- 22
poris est oculus: itaque si fuerit oculus tuus simplex, corpus tuum totum erit lucidum. Si autem fuerit oculus 23
tuus nequam, corpus tuum totum erit tenebrosum. Quòd si fuerit lumen quod in te est tenebræ, tenebræ ergò quantæ erunt?
Non potest quisquam servire duobus do- 24
minis; sed vel odio habebit unum, & diliget alterum: vel honorabit unum, & contemnet alterum. Non potestis servire Deo & divitiis.

Sectio duodecima.

لِنُفُوسِكُمْ بِمَا تَأْكُلُونَ وَبِمَا تَشْرَبُونَ * وَلَا لِأَجْسَادِكُمْ بِمَا تَلْبَسُ * أَلَيْسَتِ النَّفْسُ أَفْضَلَ مِنَ
الطَّعَامِ وَالْجَسَدُ مِنَ اللِّبَاسِ * تَأَمَّلُوا طُيُورَ السَّمَاءِ فَإِنَّهَا لَا تَزْرَعُ وَلَا تَحْصُدُ وَلَا تَخْزُنُ فِي 26
الْأَهْرَاءِ وَأَبُوكُمُ السَّمَاوِيُّ يَقُوتُهَا * أَوَلَا أَنْتُمْ بِالْحَرِيِّ أَفْضَلُ مِنْهَا * مَنْ مِنْكُمْ إِذَا اهْتَمَّ 27
يَقْدِرُ أَنْ يَزِيدَ عَلَى قَامَتِهِ ذِرَاعاً وَاحِداً *

Ideò dico vobis; Ne soliciti sitis ani- 25
mabus vestris quid esuri sitis; quidve bibituri, neque corporibus vestris quâ re induantur. Nónne anima præstantior est quàm esca? & corpus præstantius quàm vestimentum? Considerate vola- 26
tilia cœli: non enim serunt, neque metunt, neque congregant in horrea; & pater vester cœlestis pascit illa. Nónne vos potiùs præstantiores estis quàm illa? Quis vestrûm, licèt curam 27
adhibeat, potest adjicere ad staturam suam cubitum unum?

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

17 * واكر تو وقتي روزه داري روي خود را بشوي * وسر خود را بروغن بينداي * وتازه روي
18 باش * چنانك خلق ندانند كه تو بروزه * الا پدر تو كه نهان تو مي بيند * وعوض
19 ان بتو مي رساند بيست هشتم جهت ذخيره * ذخيره وگنج براي خود

Et si tu aliquando jejunaveris, faci- 17
em tuam lava, & caput tuum oleo inunge, & vegetus aspectu esto. Ut 18
homines non cognoscant te jejunare, sed Pater tuus, qui in occulto te vi-det, & mercedem ejus tibi rependit.

XXVIII. De thesauro.

در زمين مسازيد جايي كه كرم وخورنده آنرا فساد كند وجايي كه دزدان بدزدند
20 وبيراكنند * ليكن براي خود گنجها در آسمان بسازيد جايي كه كرم وخورنده انرا
21 فساد نتواند كرد وجايي كه دزدان ندزدند وبيراكنند * براي انك هرجا كه گنج شما
22 باشد دل شما نيز انجا باشد بيست نهم جهت روشنايي * چراغ تن چشم است *
23 اگر چشم تو راست † ودرست باشد * همه تن تو روشن باشد * واگر چنانست * كه چشم
تو شوم باشد * همه تن تو تاريك باشد * چون روشنايي كه در توست تاريك شود * تاريكي
24 تو چگونه باشد سي جهت توانگري * نتواند كسي دو خداوند را بندگي
بجاء اوردن * مگر يكي را دشمن دارد * ويكي را دوست دارد * يا يكي را حرمت دارد * ويكي را
خوار كند * نتواند خداي را بندگي كند ومال را نيز سي يك بهم پوشيدن
25 وخوردن * بشما مي گويم مينديشيد در نفس خود * كه چه خوريد يا چه آشاميد *
26 وبه براي تن شما كه چه پوشيد * نه جان از خوردن بيشترست * وتن از پوشش * بنگريد
بمرغان آسمان * كه نه كارند * ودرونند * ودر انبارها ننهند * وپدر شما كه در آسمانست *
27 ايشانرا سير مي دارد * نه شما از ايشان بهتر هستيد * كيست از شما كه همت بندد *
كه قامت خود را يك گز بيفزايد *

Et si tu aliquando jejunaveris, faci- 17
em tuam lava, & caput tuum oleo inunge, & vegetus aspectu esto. Ut 18
homines non cognoscant te jejunare, sed Pater tuus, qui in occulto te vi-det, & mercedem ejus tibi rependit.

XXVIII. De thesauro.

Thesaurum & gazam vobismet in 19
terra ne instruite, quo loco tinea & erosio illud corrumpit, & quo loco fures furantur & disperdunt. Sed 20
vobis thesauros in cœlis parate, ubi tinea & erosio illos corrumpere non potest, atque ubi fures non furantur ac diripiunt. Eò quòd ubicunque 21
thesaurus vester fuerit, animus vester etiam illic erit.

XXIX. De lumine.

Lucerna corporis oculus est: Si ocu- 22
lus tuus rectus & integer fuerit, totũ corpus tuum lucidum erit. Sin verò, 23
ita fuerit, quòd oculus tuus pravus sit, totum corpus tuum tenebrosum erit: Quando lumen quod in te est, tenebrosum fuerit, caligo tua qualis erit?

XXX. De opibus.

Non potest quispiam duobus dominis 24
servitium præstare, quin unum odio habeat, alterum diligat; aut uni reverentiam exhibeat, alterum vilipendat: non potest Deo servire & divitiis simul.

XXXI. De vestitu & victu.

Vobis dico, ne cogitetis de vita ve- 25
stra, quid comedetis aut quid bibetis; neque pro corpore vestro, quid induetis: nónne anima escæ præstat & corpus amictui. Contemplamini 26
volucres cœli, quòd non serant neque metant & in horreis non reponunt, & Pater vester qui in cœlis est eas explet: nónne vos illis præstantiores estis. Quis è vobis est, qui solicitè 27
cogitando staturam suam uno cubito augeat.

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΩΝ. ΚΕΦ. Ε'.

Et circa vestimentum quid anxiamini? Observate lilia agri quomodò
28 Καὶ περὶ ἐνδύμα]ος τί μεριμνᾶτε; καταμάθετε τὰ κρίνα τῦ ἀγρῦ πῶς
augentur: non fatigantur, neque nent. Dico autem vobis, Quoniam nec Salomon
29 αὐξάνει· ὐ κοπιᾷ, ὐδὲ νήθει. Λέγω δ ὑμῖν, Ὅτι ὐδὲ ὁ Σολομὼν
in omni gloria sua amictus est sicut unum istorum. Si autem fœnum
30 ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτῦ περιεβάλετο ὡς ἓν τύτων. Εἰ δ τὸν χόρτον τῦ
agri hodiè existens, & cras in clibanum injectum, Deus sic circum-
ἀγρῦ σήμερον ὄντα, καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον, ὁ Θεὸς ὕτως ἀμφιέν-
ornat, nos multò magis vos, exigue fidei? Ne igitur anxiemini,
31 υσιν, ὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς, ὀλιγόπιστοι; Μὴ δν μεριμνήσητε,
dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quid circumamiciemur? Omnia
32 λέγοντες, Τί φάγωμεν, ἢ τί πίωμεν, ἢ τί περιβαλώμεθα; Πάντα
enim hæc gentes inquirunt. Novit enim pater vester cœlestis
γὰρ ταῦτα τὰ ἔθνη ἐπιζητῦσι· Οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ὐρανί-
quòd opus habetis horum omnium. Quærite autem primùm regnum Dei
33 ὅτι χρήζετε τύτων ἁπάντων. Ζητεῖτε δ πρῶτον τὴν βασιλείαν τ Θεῦ,
& justificationem ejus, & hæc omnia adponentur vobis. Ne igitur
34 καὶ τ δικαιοσύνην αὐτῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. Μὴ δν
anxiemini in crast: nam crastinus curabit sua-ipsius: sufficiens
μεριμνήσητε εἰς τ ἄυριον· ἡ γὰρ ἄυριον μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς· ἀρκετὸν
diei malitia sua.
τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς.

CAP. VII. ζ'.

Ne judicate ut non judicemini. In quo enim judicio judicaveritis,
1 ΜΗ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε. Ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε,
judicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Quid
2 κριθήσεσθε· καὶ ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν· Τί
autem intueris festucam quæ in oculo fratris tui, at in
3 δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τῦ ἀδελφῦ συ, τὴν δὲ ἐν
tuo oculo trabem non animadvertis? Aut quomodò dices fratri tuo,
τῷ σῷ ὀφθαλμῷ δοκὸν ὐ κατανοεῖς; Ἢ πῶς ἐρεῖς τῷ ἀδελφῷ συ,
4 Sine ejiciam festucam de oculo tuo, & ecce trabs in
Ἄφες ἐκβάλω τὸ κάρφος ἀπὸ τῦ ὀφθαλμῦ συ, καὶ ἰδὲ ἡ δοκὸς ἐν
oculo tuo? Hypocrita, ejice primùm trabem de oculo
τῷ ὀφθαλμῷ συ; Ὑποκριτά, ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τῦ ὀφθαλμῦ
5 tuo, & tunc invenieris ejicere festucam de oculo fratris
συ, καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος ἐκ τῦ ὀφθαλμῦ τ ἀδελφῦ
tui, Ne detis sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras
συ. Μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσὶ, μηδὲ βάλητε τὰς μαργαρίτας ὑμῶν
6 ante porcos, ne fortè conculcent eas in pedibus suis,
ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, μήποτε καταπατήσωσιν αὐτὰς ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν,
& conversi dirumpant vos. Petite, & dabitur vobis: quærite, &
καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς. Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν· ζητεῖτε, καὶ
7 invenietis: pulsate, & aperietur vobis.
εὑρήσετε· κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

28 ܘܥܠ ܠܒܫܐ ܡܢܐ ܐܬ ܡܗܬܡܪܝܢ ܬܬܒܘܢܢ ܠܫܘܓܢܐ ܕܚܩܠܐ ܐܝܟ ܡܢ ܐܝܟ ܡܬܪܒܝܢ ܠܐ ܥܒܕܝܢ ܘܠܐ ܡܓܕܠܝܢ ܠܐ ܡܓܕܠܝܢ ܘܐܢܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܕܐܦ ܫܠܡܘܢ ܒܟܠ ܫܘܒܚܗ ܠܐ ܐܬܟܣܐ ܐܝܟ ܚܕ ܡܢ ܐܠܝܢ ܘܐܢ ܥܣܒܐ ܕܒܪܐ ܕܝܘܡܢܐ ܗܢܐ ܘܠܡܚܪ ܐܬܪܡܐ ܐܠܗܐ ܐܝܟ ܗܟܢܐ ܠܒܫ ܠܟ ܡܐ ܣܓܝ ܐܢ ܠܐ ܠܟ ܡܗܝܡܢܘܬܐ ܠܡܐ ܗܟ ܢܐܡܪ ܡܐ ܢܐܟܠ ܐܘ ܡܐ ܢܫܬܐ ܐܘ ܡܐ ܢܬܟܣܐ ܗܠܝܢ ܟܠ ܐܠܝܢ ܡܢ ܥܡܡܐ ܒܥܝܢ ܗܠܝܢ ܟܠ ܐܠܝܢ ܡܢ ܥܡܡܐ ܒܥܝܢ ܗܠܝܢ ܟܠ ܐܠܝܢ ܡܢ ܥܡܡܐ ܒܥܝܢ ܗܠܝܢ ܟܠ ܐܠܝܢ ܡܢ ܥܡܡܐ ܒܥܝܢ

Ac de vestimento quid anxii estis? consi- 28
derate lilia agri quomodo crescant, quæ ne-
que laborant neque nent. Ego verò dico 29
vobis, ne Salomonem quidem in tota gloria
sua sic amictum fuisse ut unum ex eis. Quòd 30
si gramen agri, quod hodiè extat, & cras
cadit in clibanum, Deus ita vestit; nónne
vos multò magis, modicâ fide præditi? Ne 31
igitur anxii sitis, néve dicatis, Quid ede-
mus? quídve bibemus? quóve operiemur?
Hæc enim omnia gentes mundi quærunt. 32
Pater autem vester qui in cœlis est, novit
quòd & vobis requiruntur hæc omnia. Sed 33
quærite primò regnum Dei, & justitiam
ejus, & hæc omnia adjicientur vobis. Ne 34
sitis igitur anxii de crastino, ipse enim crasti-
nus dies curam habebit sui ipsius: sufficit
diei malum suum.

Feria tertia septimanæ secundæ Jejunii. 14.

CAP. VII.

Ne judicaveritis, ut ne judicemini. Quo 1
enim judicio vos judicatis, judicabimini: 2
& quâ mensurâ vos metimini, mensurabi-
tur vobis. Quid autem intueris festucam, 3
quæ est in oculo fratris tui, trabem autem
quæ in oculo tuo est, non animadvertis?
Aut quomodo dicis fratri tuo, Sine educam 4
festucam de oculo tuo, & ecce trabs in
oculo tuo? Simulator, educito primùm tra- 5
bem de oculo tuo, & tunc perspicies ad
educendam festucam de oculo fratris tui.
Ne dederitis sanctum canibus, nec proje- 6
ceritis margaritas vestras ante sues, ne for-
tè conculcent eas pedibus suis, & conver-
si dilacerent vos. Petite, & dabitur vo- 7
bis: quærite, & invenietis: pulsate, &
aperietur vobis.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*

28 ወበእንተ : ዒራዝኒ : መንተኑ : ትሑልዩ : ርእዩ : ጽገዮተ : ገደመ : ከመ : ይልህቁ : ሊደጻ
29 መው : ወሊይፈትሉ:=ፁ ለብእክሙ : ከመ : ሰሎሞን : ኀቀ : በክሉ : ክብሩ : ሊለብሰ :
30 ከመ : ለሐዱ : እመለሉ:=ፁ ዛዚዕረ : ገደመ : ዘዮመ : ሃሎ : ወጌሠመ : ወእስተ : እኅት :
ዘይትወደይ : እግዚአ : ብሑር : ዘከመዝ : ያለብስ : እፎ : እንከ : ኢያክሙ : ሳጹጸነ :
31 ሃይማኖት : ፈድፋደ:=ፁ ሊትተክዙኬ : እንከ : ወሊትበሉ : መንተ : ንበልዕ : ወመንተ :
32 ንሰቲ : ወመንተ : ንትኪደነ:=ፁ እሰመ : ዘንተሰ : ኵሎ : እሕዛብ : ይፈቅዱ : ወበክሙ
33 ሰ : ያለመር : ለቡክሙ : ሰማያዊ : ከመ : ትፈቅዱ : ዘንተ : ኵሉ:=ፁ ሳሠሙ : መቅደ
34 መ : መንግሠተ : ዚለሁ : ወዝድቆ : ወዝነቱ : ኵሉ : ይትዋሰክሙ::=ፁ ሊትተክ
ዙኬ : ለጌሠመ : እስመ : ጌሠመሰ : ትሑቢ : ለርእሰ : የለክሳ : ለዕለት : እ
ክዮ::=ፁ
1 ጊ ሊትሾነኑ : ከመ : ሊትትሾነኑ:=ፁ እስመ : በኵነኔ : ኵነንክሙ : ትትኌነኑ : ወ
2 በመስፈርተ : ሰፈርክሙ : ይሰፍሩ : ለክሙ::=ፁ መንተ : ትረኢ : ሐሠረ : ዘወስተ : ዐይ
3 ነ : እኁከ : ወዘወስተ : ዐይነከ : ሰርዌ : ሊተኬይነ:=ፁ ወእሮ : ትብሎ : ለእኁከ : ሳድ
4 ግ : ለወፅእ : ሐሠረ : እመውስተ : ዐይነከ : ወናሁ : ሰርዌ : ወስተ : ዐይነከ:=ፁ
5 መድልው : ለወፅእ : ቅድመ : ሰርዌ : እመውስተ:ዐይነከ : ወእመዝ : ትረኢ : ለላውፅለ :
6 ዛዕር : ዘወስተ : ዐይነ : እኁከ:=ፁ ሊተሀቡ : ቅድስተ : ለነለበት : ወሊትደዩ : ባ
ሕርየክሙ : ቅድመ: ለሐርው : ከመ : ሊይክይድዎሙ : በእገሪሆሙ : ወተመይጦሙ :
ይነፅኑክሙ::=ፁ

በካዕብ : ሰንበተ : ጸመ::

7 ክለሉ : ወይትዌሀበክሙ : ሳሠ : ወትረክቡ : ጉድጉዱ : ወይትረኃወክሙ::=ፁ

Et de vestimento quid solliciti estis? videte lilia campi quomodo 28
crescunt: non laborant, neque operantur. Dico vobis quòd Solomon imò 29
in universa gloria sua non fuit vestitus sicut unum ex istis. Et qui hanc 30
herbam campi quæ hodiè extat, & cras in ignem quæ projicitur, Deus ita
vestit, quantò magis vos, minimæ fidei? Ne estote igitur solliciti, neque di- 31
cite; Quid edemus, & quid bibemus, & cum quo cooperti erimus? Quoniam 32
hoc omne gentes desiderant: & cognoscit pater vester cœlestis quòd vos indige-
tis hoc omni. Quærite primò regnum ejus, ejusque justitiam, & hoc totum ad- 33
jicietur vobis. Ne sitis igitur solliciti de crastino: quoniam crastinus dies 34
solicitus erit de se: sufficit diei nequitia sua.

CAP. VII.

Ne judicate ut non judicemini. Quia in quo judicio judicaveritis, 1
judicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, metientur vobis. Quid 2
aspicis stipulam quæ in oculo fratris tui, & quæ est in oculo tuo trabem 3
non animadvertis? Et quomodo dices fratri tuo; Sine educam stipulam ab 4
oculo tuo, & ecce trabs in oculo tuo? Hypocrita, educ primò trabem ab ocu- 5
lo tuo, & tum videbis educere stipulam quæ est in oculo fratris tui. Ne date 6
sanctum canibus; neque projicite margaritas vestras coram porcis: ne con-
culcent eas pedibus suis, & conversi prosternant vos.

Sabbato secundo Quadragesimæ.

Petite, & dabitur vobis: quærite, & invenietis: pulsate, & aperietur vobis. 7

Versio VULGATA LATINA.

28 Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodò crescunt:
29 non laborant neque nent. Dico autem vobis, Quoniam nec Salomon in omni
30 gloria sua coopertus est sicut unum ex istis. Si autem fœnum agri, quod hodiè est,
& cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quantò magis vos, modicæ fidei?
31 Nolite ergò solliciti esse, dicentes; Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut
32 quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester, quia
33 his omnibus indigetis. Quærite ergò primùm regnum Dei, & justitiam ejus: &
34 hæc omnia adjicientur vobis. Nolite ergò solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibiipsi: sufficit diei malitia sua.

CAP. VII.

1 Nolite judicare, ut non judicemini. 2 In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. 3 Quid autem vides festucam in oculo fratris tui; & trabem in oculo tuo non vides? 4 Aut quomodò dicis fratri tuo; Sine ejiciam festucam de oculo tuo: & ecce trabs est in oculo tuo? 5 Hypocrita, ejice primùm trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui. 6 Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos: ne fortè conculcent eas pedibus suis, & conversi dirumpant vos. 7 Petite, & dabitur vobis: quærite, & invenietis: pulsate, & aperietur vobis.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

28 *فلماذا تهمون بالليلس * اعتبروا زهر الحقل كيف ينمو ولا يتعب ولا يعمل * اقول لكم ان
29 سليمان في كل مجده لم يلبس كواحدة منها * فاذا كان زهر الحقل الذي يكون اليوم
30 وفي غد يطرح في التنور يلبسه الله هكذي فكم اكثر اكثر يا قليلي الايمان * فلا تهموا
31 وتقولوا ماذا ناكل وماذا نشرب وماذا نلبس * هذا كله تطلبه الامم البرانيه * وابوكم السماني
32 يعلم انكم تحتاجون الي هذا باجمعه * اطلبوا اولا ملكوت الله وبره وهذا كله تزادوه * لا
33 تهموا للغد فالغد يهتم بشانه ويكفي كل يوم سره * الفصل الثالث عشر *
34

28 *Quare autem solliciti estis de vestimento? Exemplum sumite florum agri quomodo crescunt, & tamen non laborant,
29 neque operantur. Dico vobis quòd Salomon in cuncta gloria sua non vestitus est
30 sicut unus ex ipsis. Si ergò flores agri qui hodie extant, & cras abjiciuntur in clibanum, vestit illos Deus sic, quantò vos magis, O modici fidei? Ne igitur
31 solliciti sitis, ac dicatis, Quid manducabimus, & quid bibemus, & quo operiemur? Hæc enim omnia requirunt gentes
32 extrancæ. At pater vester cæ estis novit vos indigere his omnib'. Quærite primùm
33 regnum Dei & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis. Ne solliciti si-
34 tis in crastinum: nam crastinus dies sollicitus erit de se ipso, & sufficit cuique diei malitia sua.

1 *لا تدينوا لئلا تدانوا * لانه كما تدينون تدانون وبالكيل الذي تكيلون يكال لكم *
2 لماذا تنظر القذي الذي في عين اخيك ولا تفطن بالخشبة التي في عينك * وكيف
3 تقول لاخيك دعني اخرج القذي من عينك وفي عينك خشبة * يا مراي اخرج اولا الخشبة
4 من عينك وحينيذ تنظر ان تخرج القذا من عين اخيك * لا تعطوا القدس للكلاب ولا
5 تلقوا جواهركم قدام الخنازير لئلا تدوسها بارجلها ويرجع فيكرفكم * سلوا فتعطوا
6 اطلبوا فتجدوا * اقرعوا فيفتح لكم *
7

1 Sectio tertiadecima. CAP. VII.
NE judicetis, ut non judicemini. 1 Quoniam quemadmodum judicabitis, 2
judicabimini: & mensurâ quâ metiemini, metietur vobis. Cur vides festu- 3
cam quæ est in oculo fratris tui; & non animadvertis trabem quæ est in oculo
tuo? Et quomodo dicis fratri tuo; Per- 4
mitte mihi ut extraham festucam ex oculo tuo, dum in oculo tuo est trabs? O 5
hypocrita, educ primùm trabem ex oculo tuo, & tunc perspicies ut eximas festu-
cam ex oculo fratris tui. Ne detis san- 6
ctum canibus: néve projiciatis gemmas vestras ante porcos: ne fortè conculcent eas pedibus suis, & convertantur atque dirumpant vos. Petite, & dabitur vo- 7
bis: quærite, & invenietis: pulsate, & aperietur vobis.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

28 * چرا حريص مي باشيد * بركرد كردن پوشش * در كل وسوسن صحرايي بنگريد * كه
29 چگونه پرورده مي شوند * نه خستكي مي كشند ونمي ريسند * اكنون بشما مي
30 گويم * كه سليمان * نيز در همه فخر خود * نپوشيد همچون يكي از ايشان * چون كياي
كشتزار را كه امروز تروتازه است وفردا در تنور افتد * خدا اورا اين چنين مي پوشاند * نه شما ازان
31 بيشتريد اي كم ايمانان * * اكنون نه اين چنين بينديشيد چه بخوريم يا چه اشاميم يا چه
32 بپوشيم * خلق همه اينها را مي خواهند * وپدر شما كه در آسمانست مي داند كه شما را نيز
33 اينها درباييست است * * هرچه زودتر ملكوت خدا وعدل او بخواهيد * واو اينها همه را براي شما
34 بيفزايد * * ازان فردا را غم نخوريد براي انك فردا غم خود را مي خورد * وروز بشر خود برازد *

سي دو اشارت براي داوري

1 *داوري مكنيد تا درداوري نيفتيد * آنچنانك شما حكم كنيد برشما حكم كنند *
2 وبدان بيمانه كه شما بپيمائيد * براي شما بپيمايند

سي سوم اشارت براي

3 اعتراض * چرا بخاشاكي كه درچشم برادرتست نگاه ميكني * وان ستونرا كه در
4 چشم تست نمي نگري * * يا چگونه ببرادر خود بگويي بگذار مرا تا آن خاشاك ازچشم
5 تو بدرآرم * وستون را كه درچشم تست مي گذاري * اي منافق اول آن ستون * كه در
چشم تست بدرآور * انگه بتو نموده شود كه خاشاك * را از چشم برادرت چون بدر آري

سي چهارم جهت علم وراز

6 * پاكي † را بسگان مدهيد * ومرواريدهاء خود
را پيش خوكان مينداريد * نبادا بپاي † ايشان مرواريدها را بخوابانند * وباز پيش شما
7 كردند * وشما را بدرند

سي پنجم اشارت جهت مقصود

* بخواهيد تا داده
شود بجوييد تا بيابيد در را بزنيد * براي شما كشاده شود *

28 *Quare soliciti estis de induendo amictu? in rosam & lilium agri intuemini, quomodo alantur; non labo-
29 rant neque nent. Dico autem vobis, quòd Salomon in omni gloria sua haud amiciebatur sicut unum ex illis.
30 Quum herbam agri, quæ hodiè vecens & viridis est, cras verò in clibanum cadit, Deus ipsam sic vestiat, nónne vos illi præstatis, O pusilli fide? Itaque ne sic reputetis; Quid
31 edemus, aut quid bibemus, aut quid induemus? Populi hæc omnia quæ-
32 runt; at Pater vester, qui in cœlis est, novit quòd vobis etiam hæc necessaria sunt. Omnino primùm re-
33 gnum Dei & justitiam ejus petite, & ipsę hæc omnia adjiciet vobis.
34 De crastino igitur ne anxii estote; nam crastinum molestiam sui ipsius devorabit: atque dies malo suo competit.

CAP. VII.

XXXII. Consilium de judicio.

1 Judicium ne facite, ne in judicium incidatis. 2 Quemadmodum vos judicium facitis, sic de vobis judicium ferent: & eâdem mensurâ quâ vos metimini, vobis metientur.

XXXIII. Consilium de objiciendo.

3 Quare festucam quæ in oculo fratris tui est, animadvertis; & columnam illam quæ in oculo tuo est non perspicis? 4 Aut quomodo fratri tuo dicis, Sine me ut festucam ex oculo tuo eximam; & columnam quæ in oculo tuo est præteris? 5 O hypocrita, priùs istam columnam, quæ in oculo tuo est, exime; tunc ostendetur tibi quo pacto festucam ex oculo fratris tui eximas.

XXXIV. De scientia & arcano.

6 Sanctum canibus ne detis, & margaritas vestras ante porcos ne projiciatis: ne pedibus sus margaritas conculcent, & retro in vos conversi vos dilacerent.

XXXV. Consilium de petitione.

7 Petite, ut detur vobis, quærite, ut inveniatis: ostium pulsate, ut vobis aperiatur.

ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ. ΚΕΦ. ζ'.

Omnis enim petens, accipit: & quærens, invenit: & pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei? Et si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei? Si ergò vos mali existentes, nôstis data bona dare filiis vestris, quantò magis pater vester qui in cœlis, dabit bona petentibus se? Omnia ergò quæcunque vultis ut faciant vobis homines, ita & vos facite illis. Hoc enim est Lex & Prophetæ. Introite per angustam portam, quia lata porta & spatiosa via ducens ad perditionem, & multi sunt ingredientes per eam. Quia angusta porta & striêta via ducens ad vitam, & pauci sunt qui inveniunt eam. Attendite verò à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in indumento ovium, intrinsecùs autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum agnoscetis eos. Nunquid colligunt à spinis uvam, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: at arbor cariosa fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor cariosa fructus pulchros facere. Omnis arbor non faciens fructum pulchrum, excinditur, & in ignem conjicitur. Itaque ab fructibus eorum agnoscetis eos. Non omnis dicens mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum: sed faciens voluntatem patris mei qui in cœlis.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

16 *عِمَاذَا أُسَيِّهُ هَذَا ٱلْجِيلَ * يَشْبَهُ صِبْيَانًا جُلُوسًا فِي ٱلْأَسْوَاقِ بَعْضُهُمْ يُنَادُونَ بَعْضًا * 16 *Cui comparabo hanc generationem? Si-*
17 فَايَلِّينَ زَمَرْنَا لَكُمْ فَلَمْ تَرْقُصُوا وَكَذَا لَكُمْ فَلَمْ تَبْكُوا * جَاءَ يُوحَنَّا لَا يَاءْكُلُ وَلَا يَشْرَبُ فَقَالُوا إِنَّ بِهِ جُنُونٌ * 18
19 * جَاءَ ٱبْنُ ٱلْإِنْسَانِ يَاءْكُلُ وَيَشْرَبُ فَقَالُوا هَذَا إِنْسَانٌ أَكُولٌ شَرِيبُ ٱلْخَمْرِ خَلِيلُ ٱلْعَشَّارِينَ 19
وَٱلْخَطَاةِ * فَتَبَرَّرَتِ ٱلْحِكْمَةُ مِنْ بَنِيهَا *

milis est pueris sedentibus in foris, quo-
rum alii acclamant aliis, Dicentes; Ce- 17
cinimus vobis, & non saltâstis: lamen-
tati sumus vobis, & non planxistis. Ve- 18
nit Johannes non manducans neque bi-
bens, & dixerunt; Est in eo dæmonium.
Venit filius hominis manducans & bi- 19
bens, & dixerunt; Hic homo est vorax,
& potator vini, amicus publicanorum &
peccatorum. Quare justificata est sapi-
entia à filiis suis.

Sectio trigesima prima.

* ٱلْفَصْلُ ٱلْحَادِي وَٱلثَّلَاثُونَ *

Tunc cœpit exprobrare civitatibus, in 20
quibus factæ fuerunt pleræque virtutes
ejus, quòd non egissent pœnitentiam, Ac 21
dicere; Væ tibi Curazin, væ tibi Beth-
saida: quoniam virtutes quæ factæ sunt
in vobis, olim si factæ fuissent in Tyro &
Sidone, certè pœnitentiam egissent in cili-
ciis & cinere. Veruntamen dico vobis, 22
quòd Tyro & Sidoni requies erit in die
judicii major quàm vobis. Et tu Ca- 23
pharnaum, quæ te extulisti usque ad cœ-
lum, descendes usque ad infernum. Quia
si factæ fuissent in Sodoma virtutes quæ
factæ sunt in te, profectò mansissent usq;
ad hanc diem. Et dico vobis iterum quòd 24
terra Sodomæ inveniet requiem in die
judicii majorem quàm tu.

20 *حِينَئِذٍ بَدَاءَ يُعَيِّرُ ٱلْمُدُنَ ٱلَّتِي كُنَّ فِيهِنَّ أَكْثَرُ قُوَّاتِهِ لِأَنَّهُمْ لَمْ يَتُوبُوا * 20
21 وَيَقُولُ ٱلْوَيْلُ لَكِ يَا كُورَزِينَ وَٱلْوَيْلُ لَكِ يَا بَيْتَ صَيْدَا * لِأَنَّ ٱلْقُوَّاتِ ٱلَّتِي كُنَّ فِيكُمَا قَدِيمًا لَوْ كُنَّ فِي صُورٍ وَصَيْدَا 21
22 لَتَابُوا بِٱلْمُسُوحِ وَٱلرَّمَادِ * لَكِنِّي أَقُولُ لَكُمَا أَنَّ لِصُورٍ وَصَيْدَا رَاحَةً يَوْمَ ٱلدِّينِ أَكْثَرَ مِنْكُمَا * 22
23 وَأَنْتِ يَا كَفَرْنَاحُومُ ٱلَّذِي ٱرْتَفَعْتِ إِلَى ٱلسَّمَاءِ سَتَهْبِطُ إِلَى ٱلْجَحِيمِ * لِأَنَّهُ لَوْ كُنَّ فِي سَدُومَ ٱلْقُوَّاتُ 23
ٱلَّتِي كَانَتْ فِيكِ إِذَنْ لَبَقِيَتْ إِلَى ٱلْيَوْمِ * وَأَقُولُ لَكُمْ أَيْضًا أَنَّ أَرْضَ سَدُومَ تَجِدُ رَاحَةً يَوْمَ ٱلدِّينِ 24
أَكْثَرَ مِنْكِ *

Sectio trigesima secunda.

* ٱلْفَصْلُ ٱلثَّانِي وَٱلثَّلَاثُونَ *

In illo tempore respondit Jesus, & di- 25
xit; Confiteor tibi O Pater, Domine cœ-
lorum & terræ, quia abscondisti hæc à
sapientibus & prudentibus, & revelâsti
ea infantibus. Benè Pater mi, nam hæc 26
est voluntas quæ erat coram te. Omnia 27
tradita sunt mihi à Patre. Et nemo no-
vit filium, nisi Pater: neque Patrem,
nisi filius; & cui vult filius, revelat.

25 وَفِي ذَلِكَ ٱلزَّمَانِ أَجَابَ يَسُوعُ قَائِلًا أَعْتَرِفُ لَكَ أَيُّهَا ٱلْآبُ رَبَّ ٱلسَّمَوَاتِ وَٱلْأَرْضِ لِأَنَّكَ أَخْفَيْتَ 25
26 هَذِهِ عَنِ ٱلْحُكَمَاءِ وَٱلْعُقَلَاءِ وَأَظْهَرْتَهَا لِلْأَطْفَالِ * نَعَمْ يَا أَبَةِ إِنَّ هَذِهِ ٱلْمَسَرَّةَ ٱلَّتِي كَانَتْ أَمَامَكَ * 26
27 * كُلُّ قَدْ دُفِعَ إِلَيَّ مِنَ ٱلْآبِ * وَلَيْسَ أَحَدٌ يَعْرِفُ ٱلِٱبْنَ إِلَّا ٱلْآبُ وَلَا ٱلْآبَ إِلَّا ٱلِٱبْنُ * 27
وَلِمَنْ يَشَاءُ ٱلِٱبْنُ يَكْشِفُ *

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

16 መነ: እስተሣስላ: ለዝ: ትውልድ: ትመሰል: ደቂቀ: እለ: ይነብሩ: ውስተ : ጽጉ : እለ : ይጸው
17 ዑ: ቢጸሙ:=: እንዘ: ይብሉ: ዐንዘርነ: ለክሙ: ወሊዘፈንክሙ: እስቆቀውነ: ለክሙ : ወሊበ
18 ኸይክሙ:=: እስመ: መጽአ: ዮሐንስ: እንዘ: ሊይበልዕ: ወሊይስቲ: ወይቤልው: ጋኔን: ቦቱ:=:
19 ወመጽአ: ወልደ: እጋሊ: እመ: ሕያው: እንዘ: ይስቲ: ወይበልዕ: ወይቤሉ: ናሁ: ብእሲ : በሰዲ:
20 ወሰተየ: ወይን: ዐርክ: መጻብሕያን: ወኃጥኣን: ወጸድቅት: ጥበብ: እመገበራ::=: ለጫሄ: ለ
ኃዘ: እግዚኣየሱስ: ይሐሰን: ለላህጉር: እለ: በውስቴቶን: ገብረ: ኀይለ: ብዙኀ: እስመ : ሊን
21 ስሑ: ወይቤሎን:=: ወይለኪ: ኩራዚ: ወይለኪ: ቤተ: ሰይደ : እሰመ : በጢሮስ : ወበሲድና :
ተገብረ: ኀይል: እለ: ተገብረ: በላዕሌክን: እመወድአ:ካዕበ:በሠቅ: ወበሐመድ: እመነሰሐ:=:
22 ባሕቱ: ለክን: እብለክን : ጢሮስ: ወሲደና: ለሱታተ: ይከውና : ለጫ: ዕለተ: ደይን : እመኔክ
23 ን:=: ወለኂቲኂ : ቅፍርኔሖም : ቦኑ : እሰኪ : ሰማይኑ : ትትሌዐሊ : እሰከ : ገሀነም : ትወር
ዲ::እሰመ : ሶቤ : በሰደመሁ : ተገብረ : ኀይል : እለ : ተገብረ : በውስቴትኪ: እመሀለዋ: እስ
24 ክ: ዮመ:=: ባሕቱ: እብለክሙ: ክመ: መድረ: ሰደመ : ሠሳተ : ትከውን : በዕለተ : ደይን:
እመኔኪ::=:

Veruntamen dico vobis tibiis, & non saltâstis: ulu- 17
lavimus vobis, & non flevistis. Venit enim Johannes, nec edens, nec bibens: & 18
dicunt, Diabolus est in eo. Et venit filius hominis bibens, et edens: & dicunt, Ecce 19
homo edax, & potor vini, amicus publicanorum & peccatorum: & justificata est
sapientia ex operibus suis. Tunc cœpit Dominus Jesus deplorare civitates, in 20
quibus ediderat virtutem multam, quoniam non egissent pœnitentiam: & dicebat
iis, Væ tibi Chorasin, væ tibi Bethsaida, quoniã si in Tyro et Sidone edita fuissent 21
hæc virtus quæ edita fuit supra vos; olim, iterum in sacco & cinere respuis-
sent. Quod ad vos autem, dico vobis; Tyrus & Sidon tolerabiliores erunt à die 22
Judicii, vobis. Et tu Capernaum, nónne usque ad cœlum exaltata es? usque ad 23
gehennam descendes: etenim si in Sodoma editæ fuissent virtutes quæ editæ fue-
runt in te, mansissent usque hodié. Veruntamen dico vobis, quòd terra Sodómæ 24
tolerabilior erit in die judicii, quàm tu.

In sexto sabbato Judæorum.

በሰድስ: ሰንበተ: ለይሁድ:

25 በውእቱ: መዋዕል: እወሥእ: እግዚእኢየሱስ: ወይቤ: አለምነክ: ለባ:ወእቤብሐክ: እግዚኦ:
ሰማይ: ወመድር: እስመ: ኀበእክ: ዘኀተ: እመጠቢባን : ወእማእሩን : ወከሠትኮን : ለሕፃና
26 ት:=: እወ: አባ: እስመ: ክመዝ: ኮነ: ፈቃድክ: በቅድሜክ::=: ኵሉ: ተዋህበኒ: በኀበ:
27 አቡየ: ወአልፀ: ዘያአምሮ: ለወልድ: ዘእንበለ : አብ:: ወለአብኒ : ላልፀ : ዘያአምሮ : ዘእንበ
ለ: ወልድ: ወለዘ: ፈቀደ: ወልድ: ይከሠት: ሎቱ::=:

In illo tempore respondit Dominus Jesus, & dicit; Confiteor tibi pater, & glori- 25
ficabo te Domine cœli & terræ, quia abscondisti hoc à sapientibus & doctis, & 26
revelâsti parvulis. Etiam pater, quia sic fuit voluntas tua coram te. Omnia 27
data sunt mihi apud patrem meum, & nemo noscit filium, nisi pater: & patrem
meum nemo est qui noscit eum, nisi filius, et cui voluit filius revelare eum.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

24 25 * الا بتو مي كويم * در روز داوري † بزميين سدوم † آسايش شود ودر تو نشود * در
ان وقت اعتراف كرد عيسي وگفت * اعتراف مي كنم ترا اي پدر خداوند آسمان وزميين *
كه از حكيمان ودانايان اين راز پوشيده داشتي * وبراي بچگان وكودكان † 25
26 27 اشكارا كردي * اري پدر ارادت پيش تو اين چنين شد * * هر چيزي از پدر من
بمن سپارده شد * وكسي پسر را نمي شناسد * مگر پدر * ونه كسي پدر را نيز شناسد *
مگر پسر * وبراي هركه خواهد * پسر آشكارا كند *

Tibi verò dico, In die judicii terræ 24
Sodomæ levamen erit, quod tibi non
erit. Eo tempore exorsus est Jesus 25
& dixit; Confiteor tibi ô Pater,
Domine cœli ac terræ, quòd à sapien-
tibus & intelligentibus hoc secretum
tectum habueris, & infantibus &
parvulis manifestum feceris. Etiam 26
Pater, voluntas coram te ita fuit.
Omnis res à Patre meo mihi tradita 27
est: & nemo filium novit, nisi Pa-
ter; & nemo Patrem itidem novit
nisi Filius, & cuicunque voluerit
Filius ipsum *notum facit.*

ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ. ΚΕΦ. ΚΑ'.

Venite ad me omnes *laborantes*, & oneratì, & ego *recreabo* vos.
28 Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς.
Tollite jugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, &
29 Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ
humilis corde: & invenietis requiem animabus vestris. *Nam* jugum
30 ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ· καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. Ὁ γὰρ ζυγός
meum *blandum*, & onus meum leve *est*.
μου χρηστός, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν.

CAP. XII. ιβ'.

In illo tempore abiit Jesus *Sabbatis* per fata:
1 ΕΝ ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, ἐπορεύθη ὁ Ἰησοῦς τοῖς σάββασι διὰ τῶν σπορίμων·
at discipuli ejus *esurierunt*, & cœperunt vellere spicas, & manducare. *Verùm*
2 οἱ δὲ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπείνασαν, καὶ ἤρξαντο τίλλειν στάχυας, καὶ ἐσθίειν. Οἱ δὲ
Pharisæi videntes, dixerunt ei; Ecce discipuli tui faciunt quod non li-
Φαρισαῖοι ἰδόντες, εἶπον αὐτῷ, Ἰδοὺ οἱ μαθηταί σου ποιοῦσιν ὃ οὐκ ἔξε-
cet facere *in Sabbato*. Ille verò dixit eis; Non legistis quid fecerit David,
3 στι ποιεῖν ἐν σαββάτῳ. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Οὐκ ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαβὶδ,
quando esuriit *ipse*, & qui cum eo? Quomodò intravit in domum
4 ὅτε ἐπείνασεν αὐτὸς, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ; Πῶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ
Dei, & panes propositionis comèdit, quos non *licitum* erat ei edere,
Θεοῦ, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγον, οὓς οὐκ ἐξὸν ἦν αὐτῷ φαγεῖν,
neque his qui cum eo, nisi Sacerdotibus solis? Aut non legistis in Le-
οὐδὲ τοῖς μετ' αὐτοῦ, εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι μόνοις; Ἢ οὐκ ἀνέγνωτε ἐν τῷ νό-
5 ge, quia Sabbatis Sacerdotes in *Sacro* Sabbatum violant, & *inculpati*
μῳ, ὅτι τοῖς σάββασιν οἱ ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ τὸ σάββατον βεβηλοῦσι, καὶ ἀναίτιοί
εἰσι; Λέγω δὲ ὑμῖν, Ὅτι τοῦ ἱεροῦ μείζων ὧδέ ἐστιν. Εἰ δὲ ἐγνώκειτε τί
7 quid est, Misericordiam volo, & non sacrificium, nunquam condemnâssetis *inculpatos*.
ἐστιν, Ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν, οὐκ ἂν κατεδικάσατε τοὺς ἀναιτίους.
Dominus enim est & Sabbati filius hominis. Et *transiens* indè,
8 9 τίους. Κύριος γάρ ἐστι καὶ τοῦ σαββάτου ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν,
venit in synagogam eorum. Et ecce homo *erat* manum habens
10 ἦλθεν εἰς τὴν συναγωγὴν αὐτῶν. Καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπος ὃς τὴν χεῖρα ἔχων
aridam: & interrogabant eum, dicentes; Si licet Sabbatis curare?
ξηράν· καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν, λέγοντες, Εἰ ἔξεστι τοῖς σάββασι θεραπεύειν;
ut accusarent eum. Ipse autem dixit illis; Quis erit ex vobis ho-
11 ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Τίς ἔσται ἐξ ὑμῶν ἄν-
mo, qui *habebit* ovem unam: & si ceciderit hæc Sabbatis in fove-
θρωπος ὃς ἕξει πρόβατον ἕν, καὶ ἐὰν ἐμπέσῃ τοῦτο τοῖς σάββασιν εἰς βό-
am, nónne *apprehendet* eam & *eriget*? Quantò igitur præstat homo ove?
12 θυνον, οὐχὶ κρατήσει αὐτὸ καὶ ἐγερεῖ; Πόσῳ οὖν διαφέρει ἄνθρωπος προβάτου;
Itaque licet Sabbatis benè facere.
ὥστε ἔξεστι τοῖς σάββασι καλῶς ποιεῖν.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

28 ܐܝܬܘ ܠܘܬܝ ܟܠܗܘܢ ܕܥܡܠܝܢ ܘܡܛܥܢܝܢ ܘܐܢܐ ܐܢܝܚ ܠܟܘܢ ܀
29 ܘܣܒܠܘ ܥܠܝܟܘܢ ܘܐܬܠܡܕܘ ܡܢܝ ܕܐܢܐ ܡܪܝܐ ܘܡܟܝܟ ܠܒܐ ܘܬܫܟܚܘܢ ܢܝܚܐ ܠܢܦܫܬܟܘܢ ܀
30 ܕܥܠܝܬܝ ܡܫܘܚܐ ܠܡܫܩܠ ܘܡܥܝܪܘܬܝ ܩܠܝܠܐ ܀
1 ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܗܠܟ ܝܫܘܥ ܒܫܒܬܐ ܒܝܢ ܙܪܥܐ ܘܬܠܡܝܕܘܗܝ ܐܬܟܦܘ ܘܐܟܠܘ ܫܒܠܐ ܀
2 ܘܦܪܝܫܐ ܚܙܘ ܐܡܪܘ ܠܗ ܗܐ ܬܠܡܝܕܟ ܥܒܕܝܢ ܕܠܐ ܫܪܝ ܒܫܒܬܐ ܀
3 ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܠܐ ܩܪܝܬܘܢ ܡܐ ܕܥܒܕ ܕܘܝܕ ܟܕ ܐܬܟܦ ܗܘ ܘܐܢܫܝ ܕܥܡܗ ܀
4 ܐܝܟ ܥܠ ܒܝܬ ܐܠܗܐ ܘܠܚܡ ܬܪܥܝܬܐ ܐܟܠ ܕܠܐ ܫܪܝ ܠܗ ܠܡܐܟܠ ܐܠܐ ܠܟܗܢܐ ܒܠܚܘܕܗܘܢ ܀
5 ܐܘ ܠܐ ܩܪܝܬܘܢ ܒܢܡܘܣܐ ܕܒܫܒܬܐ ܟܗܢܐ ܒܗܝܟܠܐ ܡܚܠܠܝܢ ܠܫܒܬܐ ܘܠܐ ܚܛܝܢ ܀
6 ܐܡܪ ܠܟܘܢ ܕܐܝܬ ܗܪܟܐ ܕܡܩܕܫܐ ܡܢ ܗܝܟܠܐ ܀
7 ܘܐܢ ܐܝܬ ܠܟܘܢ ܕܥܐ ܡܐ ܕܐܡܪ ܕܪܚܡܐ ܒܥܐ ܐܢܐ ܘܠܐ ܕܒܚܐ ܠܐ ܕܝܢܬܘܢ ܠܐ ܚܛܝܐ ܀
8 ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܕܡܪܐ ܗܘ ܕܫܒܬܐ ܒܪ ܐܢܫܐ ܀
9 ܘܥܒܪ ܡܢ ܬܡܢ ܐܬܐ ܠܒܝܬ ܟܢܘܫܬܗܘܢ ܀
10 ܘܗܐ ܓܒܪܐ ܕܝܕܗ ܝܒܫܐ ܗܘܐ ܘܫܐܠܘ ܠܗ ܠܡܫܝܚܐ ܕܫܪܝ ܒܫܒܬܐ ܠܡܐ ܕܢܫܬܟܚܘܢ ܒܗ ܀
11 ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܡܢ ܐܝܬ ܒܟܘܢ ܓܒܪܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܐܪܢܒܐ ܚܕܐ ܘܢܦܠ ܒܫܒܬܐ ܠܒܐܪܐ ܠܐ ܢܐܚܕܝܗ ܘܢܩܝܡܝܗ ܀
12 ܘܟܡܐ ܫܦܝܪ ܓܒܪܐ ܡܢ ܐܪܢܒܐ ܗܟܢܐ ܗܘ ܕܫܪܝ ܠܡܥܒܕ ܛܒܬܐ ܒܫܒܬܐ ܀

Venite ad me omnes fatigati, & bajulantes onera, & ego præbebo vobis requiem. Bajulate jugum meum super vos, & discite à me, quòd mitis sim, & humilis in corde meo: & invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, & onus meum leve est.

CAP. XII.

IN illo tempore iter faciebat Jesus in Sabbatho per sata, & discipuli ejus esuriebant, cœperuntque defricare spicas & edere. Pharisæi verò cùm aspexissent eos, dicunt ei; Ecce discipuli tui id faciunt quod illicitum est factu in sabbatho. Ipse verò dixit eis; Nonne legistis quid fecit David, quum esurit, & ii qui cum eo erant? Quomodo sit ingressus ædem Dei, & panem mensæ Domini comederit, quem non licitum erat ei comedere, nec iis qui cum eo erant, nisi sacerdotibus tantùm? Aut non legistis in Lege, sacerdotes in templo dispensare ipsum sabbathum, & sine reprehensione esse? Ego verò dico vobis majorem templo hîc esse. Quòd si nôssetis quid est, Misericordiam volo, & non sacrificium, non condemnaretis eos qui sine culpa sunt. Dominus enim sabbathi est filius hominis.

Die sabbatho Septimanæ tertiæ Jejunii. 28. Et discessit illinc Jesus, venitque in synagogam eorum. Et homo quidam erat illìc, cujus arida erat manus, & interrogaverunt eum, dicentes; Licétne in sabbatho sanare? ut accusarent eum. Ipse verò dixit eis, Quis est ex vobis homo qui habeat ovem unam; &, si cadat in foveam die sabbathi, non prehendat & erigat eam? Quanto autem præstantior est homo quàm ovis? Quare licet in sabbatho agere quod bonum est.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

28 ششت دوم خواندن مسيح خلق را براي راحت * بياييد پيش من اي خستكي
29 كشيدكان† بارهاء سنكي * من شما را آسايش دهم * يوغ من برشما بنهيد * واز من
بياموزيد * زيرا سبك جان هستم * وفروتن متواضع در دل خود * وبراي جان خود
آسايش بيابيد * زيرا يوغ من خوش است وبار من اندك است
1 ششت سوم اشارت براي خوشه كندم * دران روزكار مسيح ميان كشتزارها
[در روز شنبه] مي كرديد * شاكردان او كرسنه شدند * اغاز كردند * خوشهاء كندم
2 را بدست مي ماليدند * وپاك مي كردند * ومي خوردند * چون معتزلان ديدند بعيسي
گفتند * اينك شاكردان تو در روز شنبه چيزي مي كنند * كه نشايد * مسيح بديشان
3 گفت * نخوانديد كه داود چه كرد * وقتي كه كرسنه شد * وايشان نيز كه با داود بودند *
4 چگونه در خانهء خدا اندر رفت * ونان خوان خداي را خورد * روا نبود وبخورد * ونه ايشان كه
5 با وي بودند * الا مكر كوهنان * ودر توريت نخوانده باشيد * كه كوهنان در هيكل شنبه
6 را بكشايند * وبر ايشان كرفت نباشد * * اكنون بشما مي كويم * اينجا هست انك از هيكل
7 بزرك ترست * * اكر مي دانستيد كيست * شفقت مني خواهم نه قربان كشته *

LXII. Invitat Christus homines ad quietem.

Venite ad me ô fatigationem perpessi oneribus gravibus, ego vobis quietem dabo. Jugum meum vobismet imponite, & à me discite, quia facilis animo sum, & humiliter demissus corde meo: & animæ vestræ requiem invenietis. Quia jugum meum jucundum est, & onus meum modicum est.

LXIII. Narratio de spicis tritici.

CAP. XII.

IN illo tempore, Jesu inter segetes in die Sabbathi obambulante, discipuli ejus esuriebant, & cœperunt spicas tritici manibus fricare purgatásque comedebant. Cùm Pharisæi hoc vidissent, Jesu dixerunt; Ecce discipuli tui in die Sabbathi rem faciunt, quæ non licita est. Christus illis dixit, Annon legistis quid David fecerit, quo tempore esurivet, & illi etiam qui cum Davide erant? Quomodo in domum Dei intravit, & panem mensæ Domini comedit, quem non licuit illi ut comederet, neque iis qui cum illo erant, nisi tantùm sacerdotibus. Et in Lege nónne legistis, quòd sacerdotes in templo sabbathum violant, & crimen eis non est? Nunc vobis dico, Hic est qui templo major est. Si nôssetis quid illud sit, Misericordiam volo non victimam,

Versio VULGATA LATINA.

28 Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite
29 jugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: &
30 invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, & onus meum leve.

CAP. XII.

1 IN illo tempore abiit Jesus per sata sabbato: discipuli autem ejus esurientes coe-
2 perunt vellere spicas, & manducare. Pharisæi autem videntes, dixerunt ei; Ec-
3 ce discipuli tui faciunt quod non licet facere sabbatis. At ille dixit eis; Non
4 legistis quid fecerit David, quando esuriit, & qui cum eo erant? Quomodò in-
travit in domum Dei, & panes propositionis comèdit, quos non licebat ei edere, neque his qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus? Aut non legistis in lege,
5 quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt? Di-
6 co autem vobis, quia templo major est hic. Si autem sciretis quid est; Misericor-
7 diam volo, & non sacrificium: nunquam condemnâssetis innocentes. Domi-
8 nus enim est filius hominis etiam sabbati. Et cùm indè transisset, venit in syn-
9 agogam eorum. Et ecce homo manum habens aridam, & interrogabant eum,
10 dicentes; Si licet sabbatis curare? ut accusarent eum. Ipse autem dixit illis;
11 Quis erit ex vobis homo, qui habeat ovem unam, & si ceciderit hæc sabbatis in
foveam, nónne tenebit & levabit eam? Quantò magis melior est homo ove?
12 Itaque licet sabbatis benefacere.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

28 *تَعالَوْا إِلَيَّ يا جَمِيعَ ٱلْمُتْعَبِينَ ٱلثَّقِيلِي ٱلْحِمْلِ وَأَنَا أُرِيحُكُمْ *ٱحْمِلُوا نِيرِي عَلَيْكُمْ وَتَعَلَّمُوا
29 مِنِّي فَإِنِّي وَدِيعٌ وَمُتَواضِعُ ٱلْقَلْبِ *وَتَجِدُونَ رَاحَةً لِنُفُوسِكُمْ *لِأَنَّ نِيرِي طَيِّبٌ وَحِمْلِي خَفِيفٌ
30 * ٱلْفَصْلُ ٱلثَّالِثُ وَٱلثَّلَٰثُونَ *

Venite ad me omnes fessi & gravati o- 28
nere, & ego reficiam vos. Portate ju- 29
gum meum super vos, & discite à me, quia sum mitis, & humilis: & invenietis requiem animabus vestris. Quoniam jugum meum jucundum est, & 30
onus meum leve.

Sectio trigesima tertia.

CAP. XII.

1 *وَفِي ذَٰلِكَ ٱلزَّمَانِ مَرَّ يَسُوعُ فِي سَبْتٍ بِٱلزُّرُوعِ وَجَاعَ تَلَٰمِيذُهُ فَبَدَؤُا يَقْرُطُونَ سَنَابِلَ وَيَأْكُلُونَ *
2 *فَلَمَّا أَبْصَرَهُمُ ٱلْفَرِّيسِيُّونَ قَالُوا لَهُ هُوَذَا تَلَٰمِيذُكَ يَعْمَلُونَ مَا لَا يَحِلُّ عَمَلُهُ فِي ٱلسَّبْتِ *فَقَالَ لَهُمْ
3 أَمَا قَرَأْتُمْ مَا صَنَعَ دَاوُدُ لَمَّا جَاعَ وَٱلَّذِينَ مَعَهُ *كَيْفَ دَخَلَ بَيْتَ ٱللَّهِ وَأَكَلَ خُبْزَ ٱلتَّقْدِمَةِ *
4 ٱلَّذِي لَا يَحِلُّ لَهُ أَكْلُهُ وَلَا لِلَّذِينَ مَعَهُ إِلَّا ٱلْكَهَنَةِ فَقَطْ * أَوْ مَا قَرَأْتُمْ فِي ٱلنَّامُوسِ أَنَّ
5 ٱلْكَهَنَةَ فِي ٱلسَّبْتِ فِي ٱلْهَيْكَلِ يُدَنِّسُونَ ٱلسَّبْتَ وَلَيْسَ عَلَيْهِمْ دَنَسٌ *أَقُولُ لَكُمْ إِنَّ هَاهُنَا
6 أَعْظَمَ مِنَ ٱلْهَيْكَلِ *لَوْ كُنْتُمْ تَعْلَمُونَ مَا هُوَ مَكْتُوبٌ إِنِّي أُرِيدُ ٱلرَّحْمَةَ لَا ٱلذَّبِيحَةَ لَمَا
7 حَكَمْتُمْ عَلَى مَنْ لَا ذَنْبَ لَهُ *وَرَبُّ ٱلسَّبْتِ هُوَ ٱبْنُ ٱلْإِنْسَانِ * * ٱلْفَصْلُ ٱلرَّابِعُ وَٱلثَّلَٰثُونَ *
8
9 *وَٱنْتَقَلَ مِنْ هُنَاكَ وَدَخَلَ مَجْمَعَهُمْ * وَإِذَا رَجُلٌ هُنَاكَ يَدُهُ يَابِسَةٌ * وَسَأَلُوهُ قَائِلِينَ *هَلْ يَحِلُّ
10 أَنْ يُسْفَى فِي ٱلسَّبْتِ لِيَفْرُوهُ *فَقَالَ لَهُمْ أَيُّ إِنْسَانٍ مِنْكُمْ يَكُونُ لَهُ خَرُوفٌ وَاحِدٌ يَسْقُطُ فِي
11 حُفْرَةٍ فِي ٱلسَّبْتِ أَوَلَا يُمْسِكُهُ وَيُقِيمُهُ * فَكَمْ أَحْرَى ٱلْإِنْسَانُ أَفْضَلُ مِنَ ٱلْخَرُوفِ * فَإِذَنْ
12 جَيِّدٌ هُوَ فِعْلُ ٱلْخَيْرِ فِي ٱلسُّبُوتِ *

Venit ad me omnes vos laborantes, & dolentes, & ego requiescere vos 28
faciam. Accipite jugum meum super vos, & discite à me; quod mitis sum, 29
& humile est cor meum: & invenietis requiem animabus vestris. Quoni- 30
am jugum meum bonum, & onus meum leve est.

CAP. XII.

Vespere Sabbati.

1 IN illo tempore transivit Dominus Jesus, in Sabbatho prope sata, & di-
scipuli ejus esurierunt: & cœperunt evellere spicas & edere. Et Pharisæi 2
viderunt, & dixerunt ei; Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere in 3
sabbatho. Et dixit iis, Nonne legistis quid fecit David quando esuriit, & 4
illi cum eo: Quomodo introierit domum Dei, & panes oblationis comedit, quod non erat licitum edere sibi, neque iis qui cum illo erant, sed sacerdotibus solis? Nónne legistis quod dictum est in lege, Quòd in sabbathis sacer- 5
dotes in templo sabbatum polluunt, & non est iis culpa. Dico vobis, 6
Quòd qui major est templo est hic. Si scitis quid est hoc quod dicitur, 7
Misericordiam volo, & non sacrificium, tunc non condemnâssetis innoxes. Quia Dominus est sabbathi filius hominis. 8

De habente aridam manum.

Et digressus indè Jesus venit in synagogam eorum. Et ecce homo cujus 9
manus arida fuit: & rogabant eum dicentes, Licétne in Sabbatho sanare eum? ut accusarent eum. Et dixit iis, Quis è vobis homo qui habet unam ovem, 10
& si ceciderit in Sabbatho in foveam, nónne apprehendet eam, & levabit 11
eam? Quantò magis præstat homo ove? licebit igitur in Sabbathis bonum 12
facere.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

28 ነው : ሳቡየ : ኵሉክሙ ፡ ለሠረቀኝ : ወጽዑረኝ : ወእነ : ላዐርፈክሙ፡=ፁ ነሥሉ : ላርዑ
29 ቲየ : ደቤክሙ : ወላዕመረ : እመኔየ : ክሙ : የዋህ : ለነ : ወትሑት ፡ ልቢየ : ወትረክ
30 ቡ : ዕረፍተ : ለነፍስክሙ፡=ፁ እስመ : ለርዑትየኒ : ሠናይ : ወጸርየኒ : ቀሊል : ውእ
ቱ::=ፁ

ሰንበተ፡ወትረ :

1 በውእቱ ፡ መዋዕል : ኀለፈ ፡እግዚእኪየሱስ ፡በሰንበት : እንተ : መንገለ : ገራህት : ወእርደ
2 ሊሁሰ : ርኅቡ : ወለኀዙ፡ ይመሐው : ሠዊተ : ወይብልዑ፡=ፁ ወፈረሰዉያን : ርእዩ : ወይ
3 በልዎ : ናሁ : ላርደሊ ክ : ይገብሩ : ዘሊይከውን : ገቢረ : በሰንበት፡::=ፁ ወ ይቤሎ
4 ሙ : ሊየንቡብክሙኑ : ዘገብረ : ደዊት : ለመር ኅበ : ወእለ : መስሌሁ፡=ፁ ዘከመ : ቦእ፡
ቤቶ : ለእግዚእብሔር : ወኀበዉዘ : ቊርባን : በልዐ : እንዘ : ሊይከውኖ : ለበቢዕ : ወሊእ
5 ለ : መስሌሁ : ዘእንበለ : ለካህናት : ለባሕቲቶሙ፡::=ፁ ሊየንብብክሙኑ : ዘይቤ : ውስተ :
6 ሶፊት : ክሙ : በሰንበታት : ኀህናት : በቤተ : መቅደስ : ሰንበተ : ያረኵሱ : ወሊይከውኖሙ :
7 ጌጋየ፡::=ፁ እብለክሙ : ክሙ : ዘየዐቢ : እመቤተ : መቅደስ : ዛሎ : ዝየ፡=ፁ ሶበ :
ታለመረ : መንት : ውእቱ : ዘይቤ : መሕረተ : እፈቅድ : ወለኮ : መሥዋእተ : እሙ :
8 ሊኮንኑክሙዎሙ ፡ ለነደያኒ፡=ፁ እስመ : እግዚእ : ውእቱ : ለሰንበት : ወልደ : እጋለ ፡እ
9 መ፡ ሕያው:: በእንተ፡ ዘየብሰተ፡ እደሁ:: ወፈቢሶ : እግዚእሊየሱስ : እመሀየ፡ ሖ
10 ረ፡ ውስተ : መኵራቦሙ፡=ፁ ወናሁ : ብእሲ ፡ ዘእደሁ : የብሰት፡ ወተስእልዎ : እንዘ : ይ
11 ብሉ : እመ : ይክውን : በሰንበት : ፈውሶ : ክመ : ያስተዋዲይዎ፡::=ፁ ወይቤሎሙ : ኆኑ :
እመዋስቴትክሙ : ለሰብእ : ዘቦ : ለሐተ : በግዐ : ወእመ : ወድቀት በሰንበት : ውስተ :
12 ግብ : ለኮሁ : ይእሳዛ : ወያነሥአ፡::=ፁ እፎ : ፈድፋደ : ይኔይስ : ሰብእ : እመበግዕ :
ይከውንኬ : በሰንበተት : ገበረ : ሠናይ፡::=ፁ

Venite ad me omnes vos laborantes, & dolentes, & ego requiescere vos 28
faciam. Accipite jugum meum super vos, & discite à me; quod mitis sum, 29
& humile est cor meum: & invenietis requiem animabus vestris. Quoni- 30
am jugum meum bonum, & onus meum leve est.

CAP. XII.

Vespere Sabbati.

1 IN illo tempore transivit Dominus Jesus, in Sabbatho prope sata, & di-
scipuli ejus esurierunt: & cœperunt evellere spicas & edere. Et Pharisæi 2
viderunt, & dixerunt ei; Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere in 3
sabbatho. Et dixit iis, Nonne legistis quid fecit David quando esuriit, & 4
illi cum eo: Quomodo introierit domum Dei, & panes oblationis comedit, quod non erat licitum edere sibi, neque iis qui cum illo erant, sed sacerdotibus solis? Nónne legistis quod dictum est in lege, Quòd in sabbathis sacer- 5
dotes in templo sabbatum polluunt, & non est iis culpa. Dico vobis, 6
Quòd qui major est templo est hic. Si scitis quid est hoc quod dicitur, 7
Misericordiam volo, & non sacrificium, tunc non condemnâssetis inopes. Quia Dominus est sabbathi filius hominis. 8

De habente aridam manum.

Et digressus indè Jesus venit in synagogam eorum. Et ecce homo cujus 9
manus arida fuit: & rogabant eum dicentes, Licétne in Sabbatho sanare eum? ut accusarent eum. Et dicit iis, Quis è vobis homo qui habet unam ovem, 10
& si ceciderit in Sabbatho in foveam, nónne apprehendet eam, & levabit 11
eam? Quantò magis præstat homo ove? licebit igitur in Sabbathis bonum 12
facere.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

8 ملامت مكنيد با ايشان كه بي ملامت اند * زيرا خداوند شنبه فرزند آدميست

non culpassetis eos qui culpâ carent. 8
Nam Dominus sabbathi Filius ho-
minis est.

9 شست چهارم دست خشك را درست كردن *عيسي ازانجا كذشت وبعد ازان

LXIV. Manûs aridæ sanatio.

10 درانجمنها ايشان مي كرديد * وديد انجامردي كه دست او خشك بود * ازو مي

Jesus illinc perrexit, & post hæc in 9
synagogis eorum obibat. Et vidit illic 10
hominem, cujus manus arida erat: eum
interrogabant, ac dicebant; Oportet-
ne in sabbatho sanare? eo animo ut
in eum dictum arriderent. Ipse illis 11
dixit; Quis est ex vobis, cui ovis
una sit, & in die sabbathi illa ovis
in puteum incidat, & manu admotâ
eam non eruat? Quanto autem ho- 12
mo ovi præstat? proinde oportet
in die sabbathi bonum facere.

11 پرسيدند *وكي كفتند واجب است كه درشنبه †شفا دهند * بمعني انك †بروي نكته
كيرند * *او بديشان كفت كيست ازشما كه يك كوسفند اورا باشد * وبروز شنبه ان
12 كوسفند درچاه افتد * دست ننهد واورا بدر نيارد * *اكنون تا چند مرد از كوسفند
بهترست * پس واجب شد كه در روز شنبه †نيكي كنند *

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ. ΚΕΦ. ΚΑ'. ΚΒ'.

Tunc ait homini; Extende manum tuam. Et exten-
13 Τότε λέγει τῷ ἀνθρώπῳ, Ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου. καὶ ἐξέτει-
dit: & restituta est sana, sicut altera. At Pharisæi con-
14 νε· καὶ ἀπεκατεστάθη ὑγιὴς, ὡς ἡ ἄλλη. Οἱ δὲ Φαρισαῖοι συμ-
silium capiebant adversùs eum exeuntes, ut eum perderent. At
15 βούλιον ἔλαβον κατ' αὐτοῦ ἐξελθόντες, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσιν. Ὁ δὲ
Jesus cognoscens, recessit indè: & sequutæ sunt eum turbæ multæ, &
Ἰησοῦς γνοὺς, ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν· καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί, καὶ
curavit eos omnes. Et increpavit eos ne manifestum eum
16 ἐθεράπευσεν αὐτοὺς πάντας· Καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς ἵνα μὴ φανερὸν αὐτὸν
facerent. Ut adimpleretur pronuntiatum per Esaiam prophetam,
17 ποιήσωσιν. Ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου,
dicentem; Ecce puer meus, quem elegi: dilectus meus, in quo de-
18 λέγοντος, Ἰδοὺ ὁ παῖς μου, ὃν ᾑρέτισα· ὁ ἀγαπητός μου, εἰς ὃν εὐ-
lectata est anima mea. Ponam Spiritum meum super eum, & judicium genti-
δόκησεν ἡ ψυχή μου. Θήσω τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτὸν, καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνε-
bus annuntiabit. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in pla-
19 σιν ἀπαγγελεῖ. Οὐκ ἐρίσει, οὐδὲ κραυγάσει, οὐδὲ ἀκούσει τις ἐν ταῖς πλα-
teis vocem ejus. Calamum contritum non confringet, & linum fumigans
20 τείαις τὴ φωνὴν αὐτοῦ. Κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει, καὶ λίνον τυφόμενον
non extinguet, donec ejiciat in victoriam judicium: Et in nomine ejus
21 οὐ σβέσει, ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν· Καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ
KB' gentes sperabunt. Tunc allatum est ei dæmoniacum, cæcus, & mutus: &
ἔθνη ἐλπιοῦσι. Τότε προσηνέχθη αὐτῷ δαιμονιζόμενος, τυφλὸς, καὶ κωφός· καὶ 22
curavit eum, ita ut cæcum & mutum & loqui & videre. Et stupebant
ἐθεράπευσεν αὐτὸν, ὥστε τὸν τυφλὸν καὶ κωφὸν καὶ λαλεῖν καὶ βλέπειν. Καὶ ἐξίσταντο 23
omnes turbæ, & dicebant; Numquid hic est filius David? At
πάντες οἱ ὄχλοι, καὶ ἔλεγον, Μήτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς Δαυίδ; Οἱ δὲ 24
Pharisæi audientes, dixerunt; Hic non ejicit dæmones, si non in
Φαρισαῖοι ἀκούσαντες, εἶπον, Οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν
Beelzebul principe dæmoniorum. Sciens autem Jesus cogitatio-
τῷ Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων. Εἰδὼς δὲ ὁ Ἰησοῦς τὰς ἐνθυμή- 25
nes eorum, dixit eis; Omne regnum divisum contra se, desolabitur:
σεις αὐτῶν, εἶπεν αὐτοῖς, Πᾶσα βασιλεία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς, ἐρημοῦται·
& omnis civitas vel domus divisa contra se, non stabit. Et si sata-
καὶ πᾶσα πόλις ἢ οἰκία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς, οὐ σταθήσεται. Καὶ εἰ ὁ Σατα- 26
nas satanam ejicit, in seipsum divisus est: quomodò ergò stabit re-
νᾶς τὸν Σατανᾶν ἐκβάλλει, ἐφ' ἑαυτὸν ἐμερίσθη· πῶς οὖν σταθήσεται ἡ βα-
gnum ejus? Et si ego in Beelzebul ejicio dæmones, filii vestri in
σιλεία αὐτοῦ; Καὶ εἰ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν 27
quo ejiciunt? propter hoc ipsi vestri erunt judices. Si autem ego in spiritu
τίνι ἐκβάλλουσι; διὰ τοῦτο αὐτοὶ ὑμῶν κριταί ἔσονται. Εἰ δὲ ἐγὼ ἐν πνεύματι 28
Dei ejicio dæmones, igitur pervenit in vos regnum Dei.
Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

13 ... * ...
14
15 ... * ...
16 ... * ...
17 ... * ...
18
19 ... * ...
20 ... * ...
21
* ... *
22 ... * ...
23 ... * ...
24
25 ... * ...
26 ... * ...
27 ... * ...
28 ...

Tunc dixit illi homini; Extende manum 13
tuam, & extendit manum suam, & restitu-
ta est sicut socia sua. Et egressi sunt Pha- 14
risæi, & consilium inierunt adversùs eum,
ut perderent eum. Jesus autem scivit, & 15
secessit illinc: & abierunt post eum turbæ
multæ, easque sanavit omnes. Et objur- 16
gavit eos, ne ipsum revelarent, Ut imple- 17
retur quod dictum est per Esaiam prophe-
tam, dicentem; Ecce servus meus in quo 18
mihi complacui, dilectus meus quem exo-
ptavit anima mea, spiritum meum ponam
super eum, & judicium Gentibus prædica-
bit. Non litigabit, neque clamabit, & ne- 19
mo audiet vocem ejus in platea. Arundi- 20
nem quassatam non conteret, lucernam cre-
pitantem non extinguet: quoad proferat ju-
dicium ad victoriam. Et in ejus nomine Gen- 21
tes sperabunt.

Ad vesperam Dominicæ ante Jejunium. 29.

Tunc obtulerunt ei dæmoniacum quendam 22
mutum & cæcum, & sanavit eum, ita ut
mutus & cæcus loqueretur, & videret. Et 23
mirabantur omnes turbæ, dicentes; Num
iste est filius David? Pharisæi verò quum 24
audissent, aiunt; Iste non ejicit dæmonia
nisi per Beelzebub caput dæmoniorum. Je- 25
sus autem sciens cogitationes eorum, ait il-
lis; Omne regnum quod divisum fuerit ad-
versùs seipsum, vastabitur: & omnis domus
& urbs quæ contra semetipsam divisa fue- 26
rit, non stabit. Sed si Satanas Satanam e-
jicit, contra semetipsum divisus est: quo-
modo igitur stat regnum ejus? Quòd si 27
ego per Beelzebub ejicio dæmonia, filii
vestri per quid ejiciunt ea? propter hoc
ipsi erunt vobis judices. Sed si per spiri- 28
tum Dei ego ejicio dæmonia, advénit in
vos regnum Dei.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

13 * انکه بدان مرد کفت * دست خود دراز کن دراز کرد خوش ودرست * همچوان
دست دیکر * 14 * معتزلان بدر آمدند * ومشورت کردند * که اورا کم کنند *
عیسي دانست * ازانجا نقل کرد * جماعت بسیار در دنبال او آمدند * وهمکنانرا 15
خوش مي کرد * وسپارش کرد که اورا آشکارا نکنند 16

شست پنجم پیغمبري

17 * تا تمام شود انچ در اشعیاء † پیغامبر کفته شد 18 نبوت * اینك بنده من که اورا
پسندیدم * دوست من * انك جان من بدو ارام کرفت * جان من بر وي بنهم * خلق
را عدل بیاموزاند * 19 * مرایاه نکند * وبانك نزند * وکسي اوازش درکوچها نشنود * 20
کوفته را نشکند * وچراغي که بغنود نخسپاند * تا انکه که حکم به پیروزي †
بدر اید * 21 * وخلق بنامش † توکل کنند * شست ششم شفا دادن بدان
دیوانه که لال ونابینا بود 22 * انکه پیش اوآوردند † دیوانه که کنك وکور بود *
ودرحال اورا خوش کرد * انچنانکه زبان او کویا شد * وچشم او روشن کشت * وبدید *

Tunc illi homini dixit, Manum tuam 13
protende: protendit illam sanam &
integram; veluti manum alteram.
Pharisæi igitur egressi sunt & con- 14
silium inierunt ut eum perderent. Je- 15
sus hoc cognito illinc secessit: turba-
que multa secuta est eum, & omnes
sanavit. Et mandatum dedit, ne il- 16
lum manifestum facerent.

LXV. Prophetia.

Ut impleretur quod in Esaia prophe- 17
ta dictum est:

Prophetia.

Ecce servus meus, quo mihi compla- 18
citum est; dilectus meus in quo ani-
ma mea acquiescit: spiritum meum
super illum ponam, & populos justi-
tiam docebit. Hypocriticè non aget, 19
& clamorem non efferet; nec quis-
quam vocem ejus in plateis audiet.
Arundinem quassatam non franget, 20
& lucernam moribundam non extin-
guet, donec judicium cum victoria
proferat. Et populi in nomine ejus 21
fiduciam agent.

LXVI. Sanatio dæmoniaci, qui mutus & cæcus erat.

Tunc ad eum adduxerunt dæmonia- 22
cum, qui mutus & cæcus erat, &
& illicò eum sanum reddidit, ita
ut lingua ejus loqui posset, & ocu-
li ejus illuminarentur, & videret.

Versio VULGATA LATINA.

13 Tunc ait homini; Extende manum tuam: Et extendit, & restituta est sanitati
14 sicut altera. Exeuntes autem Pharisæi, consilium faciebant adversùs eum, quo-
15 modò perderent eum. Jesus autem sciens recessit indè: & secuti sunt eum
16 multi, & curavit eos omnes: Et præcepit eis ne manifestum se facerent.
17 Ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam, dicentem; Ecce puer
18 meus, quem elegi; dilectus meus, in quo benè complacuit animæ meæ. Ponam
19 spiritum meum super eum, & judicium gentibus nuntiabit. Non contendet, ne-
20 que clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem ejus: Arundinem quassa-
tam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec ejiciat ad victori-
21 am judicium: Et in nomine ejus gentes sperabunt. Tunc oblatus est ei dæmonium
22 habens, cæcus, & mutus: & curavit eum, ita ut loqueretur & videret. Et
23 stupebant omnes turbæ, & dicebant; Numquid hic est filius David? Phari-
24 sæi autem audientes, dixerunt; Hic non ejicit dæmones nisi in Beelzebub prin-
cipe dæmoniorum. Jesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis; Omne
25 regnum divisum contra se, desolabitur: & omnis civitas, vel domus divisa con-
tra se, non stabit. Et si satanas satanam ejicit, adversùs se divisus est: quo-
26 modò ergò stabit regnum ejus? Et si ego in Beelzebub ejicio dæmones, filii
27 vestri in quo ejiciunt? Ideò ipsi judices vestri erunt. Si autem ego in spiritu
28 Dei ejicio dæmones, igitur pervenit in vos regnum Dei.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

13 حينيذ قال للانسان امدد يدك فمدها فصحت مثل الاخري * فخرج الفريسيون مدواميرين
14 في اهلاكه * فعلم يسوع وانسل من هناك * وتبعه جمع كثير فسقي جميعهم * ونهاهم عن
15 اظهار ذلك * ليتم ما قيل من اشعياء النبي * ها فتاي الذي هويت وحبيبي الذي سرت
16 به نفسي اصنع روحي عليه * يخبر الامم بالحكم * لا يماري ولا يصيح ولا يسمع احد صوته
17 في الشوارع * قصبة مرضوضة لا يكسر وسراج يطفئ لا يطفي * حتي يخرج الحكم
18 بالغلبة * وعلي اسمه تتكل الامم *
19
20
21

Tunc ait homini; Extende manum tuam. Et extendit eam, & redintegrata est velut altera. Exierunt autem Pharisæi consilium capientes de perdendo illo. Cognovit autem Jesus, & discessit indè. Et secuta est eum turba multa, & curavit omnes. Et interdixit illis publicationem ejus rei; Ut perficeretur quod dictum fuerat ab Esaia propheta; Ecce puer meus in quo oblectata est anima mea. Ponam spiritum meum super eum: annuntiabit gentibus judicium: Non contendet, neque clamabit, neque audiet quis vocem ejus in plateis. Arundinem quassatam non confringet, & lucernam crepitantem non extinguet; donec producat judicium cum victoria. Et in nomine ejus confident gentes.

* الفصل الخامس والثلثون *

Sectio trigesima quinta.

22 حينيذ اتي اليه باعمي اخرس به شيطان فابراه حتي انه تكلم وابصر * فبهت الجمع
23 كله وقالوا هذا ابن داود * فسمع الفريسيون وقالوا هذا لا يخرج الشياطين الا بباعل رئيس
24 الشياطين * فلما علم فكرهم قال لهم كل مملكة تنقسم علي ذاتها تخرب وكل
25 مدينة او بيت ينقسم لا يثبت * فان كان الشيطان يخرج الشيطان فقد انقسم فكيف يثبت
26 ملكه * فان كنت انا اخرج الشياطين بباعل رئول فابناؤكم بمن يخرجونهم * من اجل
27 هذا هم يحكمون عليكم * وان كنت انا بروح الله اخرج الشياطين فقد قرب منكم
28 ملكوت الله *

Tunc ductus est ad eum cæcus mutus in quo erat dæmonium, & curavit eum, ita ut loqueretur & videret. Et obstupuit populus universus, & dixerunt; Hic est filius David. Audierunt autem Pharisæi, & dixerunt; Hic non ejicit dæmonia, nisi per Beelzebul principem dæmoniorum. Cùm verò cognovisset cogitationem eorum, dixit eis; Omne regnum quod dividitur in seipsum, desolabitur: & omnis civitas aut domus quæ dividitur, non persistet. Quòd si Satanas ejiciat Satanam, igitur jam divisus est: quomodò ergò stabit regnum ipsius? Verùm si ego ejicio dæmones per Beelzebul, filii vestri per quem ejiciunt eos? Ideò ipsi judicabunt vos. Si autem ego per spiritum Dei ejicio dæmones, profectò jam appropinquavit ad vos regnum Dei.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

13 ወእምዝ : ይቤሎ : ለውእቱ : ብእሲ : እፍሕ : እደከ : ወሰፋሐ : ወሐይወት : ዕቤ
14 ሃ : ወገብሊት : ኵሎ፡ካልእታ::=ፁ ወወፂኦሙ : ፋረሳዊያን : ተማክሩ : በእንቲኣሁ : ኀ
15 ሙ : ይቅትልዎ፡=ፁ ወእግዚእኒሂየሱስ : ለእሚሮ : ተግሕሠ : ለመህየ : ወተለውዎ :
16 ብዙኃን : ወለእሙንቱ : ለኵሎሙ፡=ፁ ወገሠጾሙ : ኀሙ : ሊየግህድዎ::=ፁ
17 ከሙ : ይብጸሕ : ወይትፈጸመ : ዘተብህለ : በኢሳይያስ : ነቢይ : እንዘ : ይብል፡=ፁ ናሁ :
18 ወልድየ : ዘኅረይኩ : ፍቁርየ : ዘሠመረት : ነፍስየ:: ወእሠይመ : ላኀብር : መንፈስየ : ለዕ
19 ሌሁ : ወኵናኔ : ለሕዝብ : ይነግር፡=ፁ ኢይደመፅ : ወኢይጸርኅ : ወለልቦ : ዘይሰምዖ :
20 በመኳርብት : ቃሉ፡=ፁ ብርዐ : ዘቅጥቁጠ : ኢይሰብር : ወሱዐ : ዘይነድድ : ኢይጠፍእ :
21 እስከ : ይገብእ : ፍትሕ : ለመዋኢ፡=ፁ ወበስሙ : ዚእከሁ : ላሕዛብ፡ይትለመኑ::=ፁ
በእንተ : ዘገኔ : ዕውር : ወጽሙም::
22 ወእምዝ : አጣጽሉ : ሎቱ : እሰ : ለጋንንት : ዕውራኑ : ወለሕየውሙ : እስከ : ጽሙማኒ : ይ
23 ትናገሩ : ወይርእዩ::=ፁ ወይጸመው : ኵሎሙ : ለሕዛብ : ወይቤሉ : ለኮሁ : ዘውእቱ :
24 ወልደ : ደዊት::=ፁ ወፈሪሳዊያንሰ : ሰሚዖሙ : ይቤሉ : ዝኢያወፅእ : ለጋንንተ : ዘእንበለ :
25 በብዔል : ዜቡል : መኰንኖሙ : ለለጋንን::=ፁ ወለእሚሮ፡ እግዚእኒሂየሱስ : ሕሊናሆሙ :
ይቤሎሙ : ኵሉ : መንግሠት : እንተ : ትትናፈቅ : በቤናቲሃ : ትማስን : ወኵሉ : ሃገር : ወእ
26 መኒ : ቤት : እንተ : ትትናፈቅ : በቤናቲሃ : ኢትቀውም፡=ፁ ወእመሰ : ሰይጣን : ሰይጠነ:
27 ያወፅእ : በቤናቲሁ : ተናፈቀ : እንከ : እሞ : ይቀውም : መንግሠቱ:=ፁ ወእመሰ : እነ : በብ
ዔልዜቡል : ለወፅእ : ለጋንንተ : ውሉድክሙ : በመንተ : ያወፅሉ : በእንተዝ : እሙንቱ : ፈ
28 ታሕተ : ይከውኑክሙ : ወ ይዘለፈክሙ:=ፁ እመሰ : በመንፈሰ : እግዚአብሔር : ለወፅእ :
ለጋንንተ : እነጋ : በጽሐት : ላዕሌክሙ : መንግሠተ ፡ እግዚአብሔር ::=ፁ

Et tunc dicebant isti homini, Extende manum tuam: Et extendit manum suam, & sana fuit illicò: & reversa est sicut altera. Et exeuntes Pharisæi in concilium coacti fuerunt adversùs eum, ut trucidarent eum. Et Dominus Jesus id sciens, recessit indè: & sequuti sunt eum multi; & sanavit eos omnes. Et interminatus est iis ut non manifestarent eum. Ut veniret & impleretur quod dictum fuit per Esaiam Prophetam, dicentem; Ecce filius meus, quem elegi: dilectus meus, in quo delectationem habuit anima mea. Ponam & habitare faciam spiritum meum super eum, & judicium gentibus nuntiabit. Non strepitabit, neque clamabit, nemo audiet in synagogis vocem ejus. Arundinem quassatam non confringet, & stupam exardentem non extinguet, usque dum restituat judicium ad victoriam: Et in nomine tuo gentes sperabunt.

De dæmoniaco cæco & muto.

Et tunc adduxerunt ei dæmoniacos cæcos & sanavit eos; ita ut muti loquerentur, & viderent: Et admirati sunt omnes populi, & dicebant; Nonne hic est filius David? Et Pharisæi audientes, dicebant; Hic non exire fecit dæmones, nisi per Belzebul principem dæmonum. Et noscens Dominus Jesus cogitationes eorum, dicit iis; Omne regnum quod dividitur intra se corrumpetur: & omnis civitas imò & domus quæ dividitur intra se, non stabit. Et si Satanas exire facit Satanam, intra se dividitur: igitur quomodò stabit regnum ejus? Et si ego in Belzebul exire facio dæmones, filii vestri in quo exire faciunt? propter hoc ipsi judices erunt vestri, & vos redarguent. Si per spiritum Dei exire facio dæmones, igitur pervenit super vos regnum cœlorum.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

23 ان جماعت تمام † در تعجب ماندند وگفتند مگر اينست پسر داود * معترلان چون
24 شنيدند * گفتند اين ابليسانرا بدر نمي كند الا به بعل زبوب * كه سرور ديوانست *
25 عيسي فكر ايشانرا دريافت وبديشان گفت * هر مملكتي كه بر خود † پريشان باشد
26 خراب شود * وهمه خانه وشهري * كه بر خود پريشان شود پايدار نماند * چون ابليس
ابليس را بدر كند بر نفس خود پريشاني اورده باشد * مملكت او چگونه پايدار شود *
27 وچون من به بعلزبوب ديوانرا † بدر ميكنم * فرزندان شما بچه بدر ميكنند بدين سبب
28 ايشانند كه شما را داوري كنند * واگر من بجان خدا † ديوانرا بدر ميكنم * ملكوت
خدا بر شما نزديك شده باشد *

Et universa illa turba, admirabundi hæserunt, dixeruntque; Nunquid hic est filius David? Pharisæi verò, cùm audirent, dixerunt; Hic diabolos non ejicit nisi per Beelzebub, qui princeps est dæmoniorum. Jesus cogitationem eorum intellexit, & dixit; Omne regnum, quod in se divisum est, vastabitur: & omnis domus & civitas, quæ in se dissidet, stabilis non permanet. Si Diabolus Diabolum ejicit, in se dissidium admisit; regnum igitur illius quomodo stare possit? Et si ego per Beelzebub dæmonia ejicio, filii vestri per quem ejiciunt? hujus rei causâ ipsi sunt qui vos judicabunt. Et si ego per spiritum Dei dæmonia ejicio, regnum Dei vobis propinquum factum est.

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ. ΚΕΦ. ΚΒ'. ΚΓ'.

Aut quomodò poteſt quiſquam intrare in domum fortis, & vaſa ejus
29 Ἢ πῶς δύναταί τις εἰσελθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ
diripere, ſi non primùm alligaverit fortem, & tunc domum illius
διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον δήσῃ τὸν ἰσχυρόν, καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ
diripiet? Non exiſtens mecum, contra me eſt: & qui non congregat mecum,
30 διαρπάσει; Ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστι· καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ,
ſpargit. Propter hoc dico vobis; Omne peccatum & blaſphemia remittetur
31 σκορπίζει. Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, Πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται
hominibus: Verùm Spiritûs blaſphemia non remittetur hominibus.
τοῖς ἀνθρώποις· ἡ δὲ τοῦ πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώ-
Et quicunq; dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei:
ποις. Καὶ ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ·
qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei neque in
ὃς δ' ἂν εἴπῃ κατὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ οὔτε ἐν
hoc ſeculo, neque in futuro. Aut facite arborem pulchram, &
33 τούτῳ τῷ αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. Ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον καλὸν, καὶ
fructum ejus pulchrum: aut facite arborem cariosam, & fructum
τὸν καρπὸν αὐτοῦ καλόν· ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον σαπρὸν, καὶ τὸν καρπὸν
ejus cariosum: ex enim fructu arbor agnoſcitur. Progenies viperarum,
34 αὐτοῦ σαπρόν· ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται. Γεννήματα ἐχιδνῶν,
quomodò poteſtis bona loqui mali exiſtentes? ex enim abundantia cor-
πῶς δύνασθε ἀγαθὰ λαλεῖν πονηροὶ ὄντες; ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρ-
dis os loquitur. Bonus homo de bono theſauro cordis
δίας τὸ στόμα λαλεῖ. Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας 35
ejicit bona: & malus homo de malo theſauro ejicit
ἐκβάλλει τὰ ἀγαθά· καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ ἐκβάλλει
mala. Dico autem vobis, Quòd omne verbum otioſum, quod loquuti fuerint ho- 36
πονηρά. Λέγω δὲ ὑμῖν, Ὅτι πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄν-
mines, reddent de eo rationem in die judicii: Ex enim ver-
θρωποι, ἀποδώσουσι περὶ αὐτοῦ λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Ἐκ γὰρ τῶν λό- 37
bis tuis juſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Tunc reſpon-
γων σου δικαιωθήσῃ, καὶ ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ. Τότε ἀπεκρί-
derunt quidam Scribarum & Phariſæorum, dicentes; Magiſter, volumus
θησάν τινες τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, λέγοντες, Διδάσκαλε, θέλομεν
à te ſignum videre. Ille autem reſpondens ait illis; Generatio mala &
ἀπὸ σοῦ σημεῖον ἰδεῖν. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Γενεὰ πονηρὰ καὶ 39
adultera ſignum appetit: & ſignum non dabitur ei, ſi non ſignum
μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ· καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον
Jonæ Prophetæ. Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tres dies
Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. Ὥσπερ γὰρ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας 40
& tres noctes: ſic erit Filius hominis in corde terræ tres
καὶ τρεῖς νύκτας· οὕτως ἔσται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς
dies & tres noctes.
ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας.

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

* Aut quomodò quis poteſt ingredi domum 29
ſtrenui, & vaſa ejus deprædari, niſi priùs
ligavit ſtrenuum illum, & tunc domum ejus
deprædabitur? Qui non eſt mecum, contra 30
me eſt; & qui non colligit mecum, omni-
nò diſpergit. Propter hoc dico vobis, 31
Omnia ſcelera & blaſphemiæ remittentur
hominibus: blaſphemia verò in Spiritum,
non remittetur hominibus. Et quiſquis 32
loquutus fuerit ſermonem adverſùs filium
hominis, remittetur ei: quiſquis autem in
Spiritum ſanctitatis obloquetur, non re-
mittetur ei, nec in hoc ſeculo, nec in ſe-
culo futuro. Aut facite arborem bonam, 33
& fructus ejus bonos: aut facite arborem
malam, & fructus ejus malos. Nam à
fructibus ſuis dignoſcitur arbor. Proge- 34
nies viperarum, quomodò poteſtis benè
loqui, quum mali ſitis? quandoquidem
è ſuperfluitatibus cordis os loquitur. Vir 35
bonus è theſauris bonis depromit bona:
& homo malus è theſauris malis depromit
mala. Dico enim vobis, De quocunque 36
verbo otioſo, quod loquuti fuerint homi-
nes, reddituri ſunt rationem in die judicii.
Nam ex ſermonibus tuis juſtificaberis, & 37
ex ſermonibus tuis condemnaberis.

Ad veſperam commemoratione Deiparæ. 30.

Tunc reſponderunt aliqui ex Scribis & 38
Phariſæis, & dicunt ei; Doctor, cupimus
videre ex te ſignum. Ipſe autem reſpon- 39
dens, ait illis; Generatio mala & adultera
ſignum poſtulat: nec ſignum dabitur ei,
niſi ſignum Jonæ prophetæ. Sicut enim 40
fuit Jona in ventre piſcis tribus diebus,
tribúſque noctibus; ita erit filius hominis
in corde terræ tribus diebus, tribúſque
noctibus.

Verſio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

* *Aut quomodò fieri poſſit, ut aliquis in domum robuſti ingrediatur & ſupellectilem ejus diripiat, niſi illum athletam priùs vinciat, & poſteà domum ejus ſpolìet? Quicunque mecum non eſt, mihi adverſatur; & quicunque mecum non congregat, diſſipans eſt.* 29 30

LXVII. De remiſſione.

Propterea vobis dico, quòd omne peccatum & omnis blaſphemia hominibus condonabitur; ſed blaſphemia quæ in Spiritum ſanctum eſt, hominibus nequaquam condonabitur. Quicunque in filium hominis verbum dixerit, ipſi condonabitur: quicunque autem in Spiritum ſanctum dixerit, non condonabitur ei neque in hoc ſeculo, neque in illo ſeculo venturo. Arborem meliorem colite, & fructus ejus bonus erit; arborem malam plantate, & fructus ejus malus erit: eò quòd omnis arbor à fructu ſuo cognoſcitur. O filii viperarum, quomodò poteſtis bonum loqui, cùm fundamentum & principium veſtrum malum ſit? ex abundantia enim interna cordis os ſermonem effundit. Homo bonus ex theſauris bonis bona profert; & homo malus ex theſauris malis malum promit. 31 32 33 34 35

Versio VULGATA LATINA.

29 Aut quomodò potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa ejus diripere, nisi
30 priùs alligaverit fortem? & tunc domum illius diripiet. Qui non est, mecum, contra
31 me est: & qui non congregat mecum, spargit. Ideò dico vobis; Omne peccatum
32 & blasphemia remittetur hominibus, spiritùs autem blasphemia non remittetur. Et
quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixe-
33 rit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in
futuro. Aut facite arborem bonam, & fructum ejus bonum: aut facite arbo-
34 rem malam, & fructum ejus malum: siquidem ex fructu arbor agnoscitur. Proge-
nies viperarum, quomodò potestis bona loqui, cùm sitis mali? ex abundantia
enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona; & ma- 35
lus homo de malo thesauro profert mala. Dico autem vobis; Quoniam omne ver- 36
bum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die ju-
dicii. Ex verbis enim tuis justificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. 37
Tunc responderunt ei quidam de Scribis & Pharisæis, dicentes; Magister, volu- 38
mus à te signum videre. Qui respondens ait illis; Generatio mala & adultera 39
signum quærit: & signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ Prophetæ. Sicut 40
enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus; sic erit Filius ho-
minis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

29 * كَيْفَ يَسْتَطِيعُ اَحَدٌ اَنْ يَدْخُلَ بَيْتَ ٱلْقَوِيِّ وَيَخْطِفَ مَتَاعَهُ اِلَّا اَنْ يَرْبِطَ ٱلْقَوِيَّ اَوَّلًا
30 وَحِينَئِذٍ يَنْهَبُ بَيْتَهُ * مَنْ لَيْسَ هُوَ مَعِي فَهُوَ عَلَيَّ وَمَنْ لَا يَجْمَعُ مَعِي فَهُوَ يُفَرِّقُ * مِنْ اَجْلِ
31 هٰذَا اَقُولُ لَكُمْ اَنَّ كُلَّ خَطِيَّةٍ وَتَجْدِيفٍ يُغْفَرُ لِلنَّاسِ وَٱلتَّجْدِيفُ عَلَى رُوحِ ٱلْقُدُسِ لَا يُغْفَرُ * وَمَنْ
32 يَقُولُ كَلِمَةً عَلَى بْنِ ٱلْاِنْسَانِ يُغْفَرُ لَهُ وَمَنْ يَقُولُ عَلَى رُوحِ ٱلْقُدُسِ لَا يُغْفَرُ لَهُ لَا فِي هٰذَا ٱلدَّهْرِ وَلَا
33 فِي ٱلَّاتِي * اَمَّا اَنْ تَصَيِّرُوا ٱلسَّجَرَ جَيِّدًا وَثَمَرَهَا جَيِّدًا وَاِمَّا اَنْ تَصَيِّرُوا ٱلسَّجَرَ رَدِيًّا وَثَمَرَهَا
34 رَدِيًّا * لِاَنَّ مِنَ ٱلثَّمَرِ تُعْرَفُ ٱلسَّجَرُ * يَا اَوْلَادَ ٱلْاَفَاعِي كَيْفَ تَقْدِرُونَ اَنْ تَتَكَلَّمُوا بِٱلصَّلَاحِ
35 وَاَنْتُمْ اَشْرَارٌ * وَاِنَّمَا يَتَكَلَّمُ ٱلْفَمُ مِنْ فَضْلِ مَا فِي ٱلْقَلْبِ * اَلرَّجُلُ ٱلصَّالِحُ مِنْ كَنْزِ ٱلصَّالِحِ
36 يُخْرِجُ ٱلصَّلَاحَ * وَٱلرَّجُلُ ٱلشِّرِّيرُ مِنْ كَنْزِ ٱلشِّرِّيرِ يُخْرِجُ ٱلشَّرَّ * اَقُولُ لَكُمْ اَنَّ كُلَّ كَلِمَةٍ بَطَّالَةٍ
37 يَتَكَلَّمُ بِهَا ٱلنَّاسُ يُعْطُونَ عَنْهَا جَوَابًا فِي يَوْمِ ٱلدِّينِ * لِاَنَّكَ مِنْ كَلَامِكَ تَتَبَرَّرُ وَمِنْ كَلَامِكَ
يُحْكَمُ عَلَيْكَ *

Sectio trigesima sexta.

38 * حِينَئِذٍ اَجَابَهُ قَوْمٌ مِنَ ٱلْكَتَبَةِ وَٱلْفَرِّيسِيِّينَ قَائِلِينَ يَا مُعَلِّمُ نُرِيدُ اَنْ نَرَى مِنْكَ اٰيَةً * اَجَابَهُمْ
39 قَائِلًا اَلْجِيلُ ٱلشِّرِّيرُ ٱلْفَاسِقُ يَطْلُبُ اٰيَةً فَلَا يُعْطَى اٰيَةً اِلَّا اٰيَةَ يُونَانَ ٱلنَّبِيِّ * لِاَنَّهُ كَمَا كَانَ يُونَانُ
40 فِي بَطْنِ ٱلْحُوتِ ثَلَاثَةَ اَيَّامٍ وَثَلَاثَ لَيَالٍ كَذٰلِكَ يَكُونُ اِبْنُ ٱلْاِنْسَانِ فِي قَلْبِ ٱلْاَرْضِ ثَلَاثَةَ
اَيَّامٍ وَثَلَاثَ لَيَالٍ *

29 *Quomodo potest quis intrare domum fortis, & diripere suppellectilem ejus, nisi ligaverit fortem prius, & tunc diripiat*
domum ejus? Qui non est mecum, ipse est contra me: & qui non congregat me- 30
cum, ipse dissipat. Ideò dico vobis, quòd 31
omne peccatum & blasphemia condonabitur hominibus: blasphemia autem in
Spiritum sanctum, non condonabitur. 32
Et quicunque obloquetur verbum contra
filium hominis, remittetur ei: at qui
obloquetur contra Spiritũ sanctũ, non re-
mittetur ei, neque in hoc seculo, neque in
venturo. Aut constituitis arborem bo- 33
nam, & fructum ejus bonum: aut con-
stituitis arborem malam, & fructum
ejus malum; quoniam ex fructu cog-
noscitur arbor. O progenies viperarum, 34
quomodo potestis loqui benè, quum sitis
mali? siquidem loquitur os ex abun-
dantia ejus quod est in corde. Vir bonus, 35
ex thesauro suo bono profert bonum: &
vir malus, de thesauro suo malo profert
malum. Dico vobis, quòd omne verbum 36
otiosum quod locuti fuerint homines,
reddituri sunt de eo responsum in die
iudicii. Quoniam ex verbis tuis justi- 37
ficaberis, & ex verbis tuis judicabitur
contra te.

38 *Tunc responderunt ei quidam ex Scribis* 38
& Pharisæis, dicentes; O Magister,
volumus ut ostendas nobis signum. Re- 39
spondit eis, dicens; Generatio mala,
adultera, quærit signum; & non dabi-
tur ei signum, nisi signum Jonæ pro-
phetæ. Quoniam quemadmodum fuit 40
Jonas in ventre piscis tribus diebus &
tribus noctibus; sic erit filius hominis
in corde terræ tribus diebus & tribus
noctibus.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

29 ወእሮ: ይክል: ሎኒ: በዊለ: ቤት: ዘይኄይሎ: ወንዋዮ: ሀይደ: ዘእንበለ: እመ: ሊቀደመ: ለሰ
30 ረ: ዘይኄይሎ: ወእመዝ: ቤቶ: ይበረብር:=> ዘሊኮነ : መስሌየ: ዕድወየ: ውእቱ : ወዘሊይ
31 ትጋበእ: መስሌየ: ይዘርወኒ::=> በእንተዝ: እብሰክው: ኵሉ: ኃጢአት: ወፅርፈት: ይትኀደ
32 ግ: ሎቱ: ለሰብእ: ወዘሰ: ለመንፈስ: ቅዱስ: ፀርፈ : ሊይትኀደግ:=> ወዘይቤ: ቃለ: ደቡ: ወል
ደ: እጋለ: እመ: ሕያው: ይትኀደግ: ሎቱ: ወዘሰ: ይቤ: ዲቡ: መንፈስ: ቅዱስ : ሊይትኀደግ: ሎ
33 ቱ: ለበስሁ: ወሊበዝ: ዓለመ: ወሊበዘ: ይመጽእ::=> እመእክ: ግበሩ: ዕፀ : ሠናይ : ወፍረ
ሁኒ: ሠናየ: ወለማእኮ: ግበሩ: ዕፀ: እኩይ: ወፍሬሁኒ: እኩይ: እስመ: እመፍሬሁ: ዕፀ: ይትዐ
34 ወቅ:=> ትወልደ: አራዊተ: መድር : በሊይቱ: ትክሡ: ሠናየ: ተናግሮ: እንዘ : ዐሚቂያኒ: ለን
35 ትኩ: እስመ: አመተረፈ: ልብ: ይነብብ: ለፍ::=> ኵሉ : ኄር : ብእሲ : እመሠናይ: መዝገ
በ: ልቡ: ያወፅእ: ሠናየ: ወመዐመፅ: ብእሲ: እመዝገበ: ዐሚ: ያወፅእ : ዐመፃ::=> ኵበእክ
36 ሁ: ኵሉ: ንባበ: ፅሩዐ: ዘነበቡ: ሰብእ: ያገብሉ: በእንቲኣሁ: ቃለ: በዕለተ: ደይ::=> እስ
37 መ: በቃሃቲክ: ትጸድቅ: ወእመቃላቲክ: ትትኪነኝ::=>

በእንተ : ለሰለሰ : ትእመርተ:

38 ወእመዝ: ሃለው: ለሰ: እውሠእው: እመጸሐፍት:ወፈሪሳዊያን: እንዘ: ይብሉ: ሊቅ: ንፈቅ
39 ድ: እመኀቤክ: ትእመርተ: ንርእይ:=> ወለውሂለ:ይቤሎሙ:: ትውልድ: ዐሚቲት: ትእመር
40 ተ: ተኀሠሠ: ወትእመርት: ሊይትወሀበ: ዘእንበለ: ትእመርተ: ዮናስ: ነቢይ:=> እስመ: ከ
መ: ዮናስ: ነበረ: ውስተ: ከርሠ: ዐንበሪ: ሠሉሰ: ዕለተ: ወሠሉስ: ሌሊተ: ከማሁ : ይሄሉ: ወል
ደ: እጋለ: እመ: ሕዮው: ውስተ: ልበ: መድር: ሠሉሰ: ዕለተ: ወሠሉስ: ሌሊተ:=>

29 *Et quomodò potest aliquis ingredi domum ejus qui se viribus præstat, & bona e-* 29
jus rapere, si non prius ligaverit illum qui se viribus præstat, & tunc domum e-
jus diripiet? Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, 30
spargit. Propter hoc dico vobis; Omne peccatum & blasphemia remittetur homi- 31
ni: & qui spiritum sanctum blasphemavit, non remittetur ei. Et qui dicit ver- 32
bum supra filium hominis, remittetur ei; & qui dicit super spiritum sanctum,
non remittetur ei peccatum suum, neque in hoc seculo, neque in eo quod venict.
Aut facite arborem bonam, & fructum ejus bonum: aut facite arborem malam, 33
& fructum ejus malum: quoniam è fructu ejus arbor cognoscetur. Progenies vipe- 34
rarum, quomodò potestis bonũ loqui quum iniqui estis? quoniam ex reliquiis cor-
dis loquitur os. Omnis bonus homo ex bono thesauro cordis ejus producet bonum: 35
Occidente, & à Meridie, & ab Aquilone,
ac diſcumbent in regno Dei. Et ecce ſunt 30
ultimi qui erunt primi, & ſunt primi qui
erunt ultimi. Eo ipſo die acceſſerunt qui- 31
dam ex Phariſæis, & dicunt ei; Exi, abi
hinc, quoniam Herodes vult te trucidare.
Dixit eis Jeſus; Ite, renuntiate vulpi huic, 32
Ecce ejicio dæmonia, & ſanationes perago
hodiè & cras, & tertiâ die conſummabor.
Veruntamen oportet me hodiè & cras ope- 33
rari, & alterâ die diſcedam, quia fieri non
poteſt ut Propheta pereat extra Jeruſalem.
Jeruſalem, Jeruſalem, trucìdans Prophetas, 34
& lapidibus obruens eos qui ad eam miſſi
ſunt: quoties volui congregare filios tuos,
ſicut gallina quæ congregat pullos ſuos ſub-
ter alas ſuas, & noluiſtis? En relinquitur 35
vobis domus veſtra deſerta. Etenim dico
vobis, Non videbitis me, quouſque dicatis;
Benedictus qui venit in nomine Domini.

Lectio feriâ III. hebdomadis IV. jejunii. 49.

CAP. XIV.

Et factum eſt, quum ingreſſus fuiſſet do- 1
mum unius ex primoribus Phariſæorum, ut
ederet panem die Sabbathi, ipſi obſerva-
bant eum. Et ecce homo quidam refertus 2
aquis erat coram eo. Et reſpondit Jeſus, 3
& dixit Scribis & Phariſæis, Num liceret
Sabbatho ſanare?

Verſio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

*Vos autem *dicetis*; *Coram* te com- 26
edimus & bibimus, & *in plateis*
noſtris *nos docuiſti*. *Iterùm vobis* 27
dicet, *Abite à conſpectu meo*, &
procul eſte ab oſtio meo, *quia ego vos*
non novi undè ſitis, *ô mendacii ope-* 28
rarii, & *ô impoſtores*. *Ibi erit de-*
ſperatio, & *fletus*, & *dolor*, *et pœ-*
nitudo, *et dentium colliſio*: *idque*
cùm Abrahamum, *et Iſaacum*, *et*
Jacobum videritis, *et reliquos*
omnes Prophetas in regno Dei, *et*
vos cum ignominia ejecti fueritis.
Et venient ab Occidente, *et Ori-* 29
ente, *et Auſtro*, *et Aquilone*, *et in*
regno Dei quietem capient, *et ſede-*
bimi, *et requieſcent*. *Primi* autem 30
ultimi erunt, *et ultimi primi fient*.

LXXXVII. Dicunt Judæi Jeſu, Herodes te vult occidere.

*Et in illis diebus quidam è Phari- 31
ſæis venerunt, *et ad Joſum dixe-*
runt; *Hinc exeas*, *eò quòd Herodes*
quærit ut te occidat. *Jeſus illis* 32
dixit; *Ite*, *huic vulpi dicite*, *quòd*
dæmonia ejicio, *et ſanos multos fa-*
cio hodiè, *et cras*, *et in die tertiâ*
perfectè conſummabor. *Veruntamen* 33
me oportet ut hodiè, *et cras curati-*
onem agam, *et alterâ die abeam*:
quia non convenit ut Propheta extra
Hieroſolymam pereat. *Hieroſolyma*, 34
Hieroſolyma, *interfectrix Prophetarùm*,

Versio VULGATA LATINA.

26 Tunc incipietis dicere; Manducavimus coram te, & bibimus, & in plateis noſtris
27 docuiſti. Et dicet vobis; Neſcio vos undè ſitis: diſcedite à me omnes operarii
28 iniquitatis. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium: cùm videritis Abraham, & Iſaac,
29 & Jacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli forás. Et veni-
ent ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Auſtro, & accumbent in regno Dei.
30 Et ecce ſunt noviſſimi qui erunt primi, & ſunt primi qui erunt noviſſimi. In ipſa
31 die acceſſerunt quidam Phariſæorum, dicentes illi; Exi, & vade hinc: quia He-
32 rodes vult te occidere. Et ait illis; Ite, & dicite vulpi illi; Ecce ejicio dæmo-
33 nia, & ſanitates perficio hodiè & cras, & tertiâ die conſummor. Veruntamen
oportet me hodiè & cras & ſequenti die ambulare: quia non capit prophetam
perire extra Jeruſalem. Jeruſalem, Jeruſalem, quæ occîdis Prophetas, & lapidas 34
eos, qui mittuntur ad te, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodùm avis
nidum ſuum ſub pennis, & noluiſti? Ecce relinquetur vobis domus veſtra de- 35
ſerta. Dico autem vobis; Quia non videbitis me, donec veniat cùm dicetis; Be-
nedictus, qui venit in nomine Domini.

CAP. XIV.

ET factum eſt cùm intraret Jeſus in domum cujuſdam principis Phariſæorum 1
ſabbato manducare panem, & ipſi obſervabant eum. Et ecce homo quidam 2
hydropicus erat ante illum. Et reſpondens Jeſus dixit ad Legiſperitos, & Pha- 3
riſæos, dicens; Si licet ſabbato curare?

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

26 * حينيذٍ تبدؤون تايلين اكلنا قدامك وسربنا وعلمت في سوارعنا * فيقول لكم ما اعرفكم
27 من اين انتم انصرفوا عني يا فعلة الظلم * حيث البكاء وصرير الاسنان * لما تنظروا ابرهيم
28 واسحق ويعقوب وكل الانبياء في ملكوت الله وانتم تطردون خارجا * ثم ياتون من المشرق
29 والمغرب والشمال واليمين فيتكون في ملكوت الله * وصير الاولون اخرين والاخرون اولين *
30 * الفصل الثالث والخمسون * وفي ذلك اليوم جاء اليه اناس من الفريسيين
31 وقالوا له اخرج وادهب من ههنا فان هيرودس يريد قتلك * فقال لهم امضوا فقولوا لهذا
32 الثعلب هانذا اخرج الشياطين واتم الشفاء اليوم وغدا وفي اليوم الثالث اكمل * وينبغي
33 لي ان اعمل اليوم وغدا وفي الاتي ادهب * فانه لا نبي يهلك خارجا عن يروسليم *
34 يروسليم يا قاتلة الانبياء وراجمة المرسلين اليها كم من اردت ان اجمع بنيك كطاير
35 يجمع فراخه تحت جناحيه فلم تريدوا * هانذا اترك لكم بيتا خرابا * اقول لكم انكم
لا ترويني من الان حتي تقولوا مبارك الاتي باسم الرب *

1 * وكان لما دخل الي بيت احد روساء الفريسيين في سبت ليأكل خبزا وهم كانوا يرصدونه *
2 * واذا بانسان مدنف كان قدامه * فاجاب يسوع قايلا للكتبة والفريسيين هل يحل فعل
3 الخير في السبت ام لا *

Tunc incipietis dicere; Manducavimus coram te, & bibimus, & docuiſti in compitis noſtris. Et dicet vobis; Non cognoſco vos, undè eſtis: abſcedite à me, ô perpetrantes ſcelus, Illuc, ubi fletus, & ſtridor dentium. Quando videbitis Abraham, et Iſaac, et Jacob, & omnes prophetas in regno Dei, vos autem expellemini forás. Et venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Auſtro, & accumbent in regno Dei. Et ſient primi noviſſimi, & noviſſimi primi. 26 27 28 29 30

Sectio quinquageſima tertia.

In illa autem die venerunt ad eum quidam ex Phariſeis, & dixerunt ei; Exi, & vade hinc, quia Herodes vult necem tuam. Ait illis; Ite & dicite huic vulpi, Ecce ego ejicio dæmonia, & perficio ſanitatem hodiè & cras, & die tertiâ conſummabor. Oportétque me operari hodiè & cras, & in poſterum diſcedam: quia non peribit propheta extra Jeruſalem. Jeruſalem, Jeruſalem, ô mactatrix prophetarum & lapidatrix miſſorum ad eam, quot vicibus volui congregare filios tuos ut avis quæ congregat pullos ſuos ſub alis ſuis, et noluiſtis? Ecce ego relinquo vobis domum deſertam. Dico vobis, quòd non videbitis me amodò, quoad dicatis; Benedictus veniens in nomine Domini. 31 32 33 34 35

CAP. XIV.

ET factum eſt cùm intraſſet in domum cujuſdam ex principibus Phariſæorum in ſabbatho, ut manducaret panem, ipſi obſervabant eum. Et ecce homo hydropicus aderat ante illum. Et reſpondit Jeſus, dicens Scribis et Phariſæis; Num licita eſt operatio boni in ſabbatho, an non? 1 2 3

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

26 ወእመዝ:እትዛዙ:ይበልው:በለዕነሂ: ወሰተይነሂ: በቅድሜከ: ወመሃርከ: በመራሕብቲነ
27 ኂ::ፁ:ወይቤሎሙ:እብለክሙ:ሊየ እመረክሙ:እመ ለይቴ:ለእትሙ:ረሐቁ:ለመኔየ:
28 ኵሉክሙ:ገበርተ:እመፂ::ፁ ሖረ:ወእት:ብካይ:ወሐቂየ:ስነኑ:: ለመ:ርኢክመ
ሙ:ለአብር ሃመ:ወለይስሐቅ:ወለያዕቆብ: ወለኵሉ:ነቢያት: በመንግሠተ: እግዚ
29 አብሔር:: ወለክሙሰ:ያወፅሉክሙ:ለፍአ::ፁ ወይመጽሉ:እመጽባእ: ወእመዕ
ራብ: ወእመደቡብ: ወለመሰሜን: ወይትፈሠሑ: በመንግሠተ: እግዚአብሔር::ፁ
30 ወይከውኑ : ደኃርት : ቀደምተ : ወቀደምት : ድኅረ : ይባሕ::ፁ
በእንተ : ኦለ : ነገር ዎ : ለእግዚእ : እየሱስ : በለእንተ : ሄሮድስ::ፁ
31 ወበይእቲ:ዕለት:መጽሉ: ፍሪሳዊያን: ወይቤልው: ለለግዚእብሔር : እሙዝየ:እስሙ:
32 ሄሮድስ:ይፈቅድ:ይቅትልከ::ፁ ወይቤሎሙ:ሖረ:በልዎ:ለዘቲ:ቍእንጽል:ናሁ:እ
33 ሲሙ:ወበእ:እጋንንተ:ወእሁብ:ሕይወተ:ዮም:ጊሠመ:ወሣልስተ: እፈጽሙ:ፁ ወባሕቲ:
ዮምስ:ወጊሠመ:ለለዎኵ:ወሠለስተ:ለሐሠር:: እስመ:ሊይይልው: ለነቢይ:መዊት:
34 በእፍላ:ዘእንበለ:በሊየ ሩሰሌም::ፁ ሊየሩሰሌም:ሊየሩሰሌም: እንተ: ትቀትሎ
ሙ:ለነቢያቲሂ:ወትዌርሙ:ለሐዋር ያቲሂ:ሚመጠነ:ፈቀድኩ: ለስተጋብለው: ለደቂ
ቅከ:ከመ:ለእተ:ታስተጋብእ:ደርሆ:እጋበሂ:ታሕተ:ክነፊሃ: ወለበይክሙ:ወሊፈቀድ
35 ክሙ::ፁ ናሁ:ይትኅደግ:ለክሙ:ቤትክሙ:ገደመ:: እብለክሙ:ኢመ:ሊትርእዩኒ:
እመይእዜ:እስከ:ለመ:ትብሉ: ቡሩክ: የይመጽእ: በስመ:እግዚአብሔር ::ፁ
10 በእንተ :ቅብው::ፁ ወእመዝ:ሖረ: እግዚእ:ሊየሱስ:ወኀነ:ሶቤ:መ
1 ጽአ: ቤተ:ለሐዲ:ብእሲ:እመኒ:መልእኮው: ለፈሪሳዊያን: ኀመ: ይመስሕ: በሰንበት:
2 ወይብሎ:እክለ:ወእሙንቱሰ: ይትዓቀብው::ፁ ወሃሎ:ብእሲ:ቅብው:ቅድሜሁ::ፁ
3 ወለውሠለ:ወይቤሎው: እግዚእ: ሊየሱስ: ለጸሐፍተ: ሀገር: ወለፈሪሳዊያን: እንዘ:
ይብል:ይጸውኑሁ:በሰንበት: ፈውሶ: ወሚመ:: ሊይከውን::ፁ

Et tunc cœperunt dicere ei, Edimus & bibimus in conſpectu tuî, & docuiſti *in* plateis noſtris. Et dixit iis, Dico vobis; Neſcio vos unde ſitis: longè diſcedite à me omnes vos operarii iniquitatis. Ite in fletum & ſtridorem dentium: quum videritis Abraham, & Iſaac, & Jacob, & omnes prophetas in regno Dei, vos autem, ejicient vos forás. Et venient ab Oriente & Occidente & ab Aquilone & ab Auſtro, & gaudebunt in regno Dei. Et erunt ultimi primi, & primi *in* ultimos convertentur. 26 27 28 29 30

De iis qui narrabant Domino Jeſu de Herode.

Et in iſto die venerunt Phariſæi & dixerunt Domino; Abi hinc, quia Herodes vult trucidare te. Et dixit iis; Ite, dicite huic vulpi, Ecce ejiciam dæmones, & dabo vitam hodiè, cras; & tertio *die* finiam. Sed hodiè & cras permanſurus ſum, & tertio die abibo, quia non oportet prophetam mori foràs, ſed in Hieruſalem. Hieruſalem, Hieruſalem, quæ trucidas prophetas ejus, & lapidas Apoſtolos ejus, quoties volui congregare filios tuos, ſicut congregat gallina pulliti-em ſuam ſub alas ſuas, & recuſaſtis & noluiſtis? Ecce relinquetur vobis domus veſtra ſolitaria: dico vobis, quòd non videbitis me ab hoc tempore uſquedum dicatis; Beatus qui venit in nomine Dei. 31 32 33 34 35

De hydropico.

CAP. XIV.

ET tunc abiit Dominus Jeſus, & factum eſt, quum intraret domum cujuſdam hominis ex principibus Phariſæorum, ut pranderet in ſabbato, & ederet panem, & ipſi obſervarent eum. Et fuit homo hydropicus coram eo. Et reſpondit & dixit Dominus Jeſus Scribis civitatis & Phariſæis, dicens; Licétne in ſabbato ſanare, vel non licet? 1 2 3

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

وسنگسار كنندگان ايشان * كه پيش تو فرستاده شدند * چند بار خواستم كه فرزندان ترا فراهم كنم
وكرد اورم * همچو ماكيان كه بچكان خودرا زير دو بال خود در پناه كيرند * واز باد وسرما
نگاه دارند * وتخواستيد * اينك خانهٔ شما براي شما ويران ماند * اكنون بشما مي كويم
35 نخواهيد مرا ديدن * تا انكه كه بكويد نجسته است آنك بنام خدا مي آيد

هشتاد هشت خوش كردن مسيح مستسقي را * اتفاق شد كه روزي مسيح در خانهٔ
1 سرور معتزلان در امد * كه نان بخورد در روز شنبه وايشان اورا نگاه مي داشتند * ومردي
2 مستسقي † بيمار انجا * ومستسقي † آماس همه تن باشد * عيسي اورا ديد وبدانشمندان ومعتزلان
3 روي كرد * وكفت * واجب باشد در روز شنبه † اورا خوش كردن *

& lapidatrix eorum qui ad te miſſi ſunt: quoties volui ut filios tuos congregavem & colligerem, velut gallinæ, quæ pullos ſuos ſub alas ſuas in tutum recipiunt, & à vento & frigore protegunt, & noluiſtis? Ecce 35 *domus veſtra vobis deſerta manet. Nunc vobis dico; Non eſtis me viſuri, donec dicatis, Benedictus eſt ille qui in nomine Domini venit.*

LXXXVIII. Sanat Chriſtus hydropicum.

CAP. XIV.

ACcidit ut quodam die Chriſtus 1 *in domum principis Phariſæorum introiret, ut panem comederet in die Sabbathi: & ipſi cum obſervabant. Et vir quidam erat hydropiſi laborans ibi: (hydropicus autem tumefactus toto corpore eſt.) Jeſus illum* 2 3 *vidit, & in ſapientes et Phariſæos vultum convertit, & dixit; Licitum eſt in die ſabbathi eum ſanare?*

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΑΝ. ΚΕΦ. ΝΓ'. ΝΔ'.

4 Illi autem tacuerunt. Et apprehendens sanavit eum, & dimisit. Et respondens
5 Οἱ δὲ ἡσύχασαν. καὶ ἐπιλαβόμενος ἰάσατο αὐτὸν, καὶ ἀπέλυσε. Καὶ ἀποκριθεὶς
ad illos, dixit; Cujus vestrûm asinus aut bos in puteum cadet,
(β) πρὸς αὐτοὺς, εἶπε, Τίνος (γ) ὑμῶν ὄνος ἢ βοῦς εἰς φρέαρ (δ) ἐμπεσεῖται,
& non continuò extrahet illum in die Sabbati? Et non poterant
6 καὶ οὐκ εὐθέως ἀναβάσει (ε) αὐτὸν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν Σαββάτων; Καὶ οὐκ ἴσχυσαν
respondere illi ad hæc. Dicebat autem ad vocatos parabolam, ΝΓ'
7 ἀνταποκριθῆναι αὐτῷ πρὸς ταῦτα. Ἔλεγε δὲ πρὸς τοὺς κεκλημένους παραβολήν, pon
attendens quomodò primos accubitus eligerent, dicens ad illos; Cùm
8 ἐπέχων πῶς τὰς (ζ) πρωτοκλισίας ἐξελέγοντο, λέγων πρὸς αὐτούς, Ὅταν
vocatus fueris ab aliquo ad nuptias, ne discumbas in primo accubitu, ne quando
κληθῇς ὑπό τινος εἰς γάμους, μὴ κατακλιθῇς εἰς τὴν (η) πρωτοκλισίαν, μήποτε
honoratior te sit vocatus ab illo: Et veniens te & illum vocans,
9 ἐντιμότερός σου ᾖ κεκληκὼς σε καὶ αὐτόν· Καὶ ἐλθὼν ὁ σὲ καὶ αὐτὸν καλέσας,
dicat tibi; Da huic locum: & tunc incipias cum pudore ultimum locum
ἐρεῖ σοι, Δὸς τούτῳ τόπον· καὶ τότε ἄρξῃ μετ' αἰσχύνης τὸν ἔσχατον τόπον
obtinere. Sed cùm vocatus fueris, vadens recumbe in novissimum lo-
10 κατέχειν. Ἀλλ' ὅταν κληθῇς, πορευθεὶς (θ) ἀνάπεσον εἰς τὸν ἔσχατον τό-
cum, ut cùm venerit invitans te, dicat tibi; Amice, ascende superiùs:
πον, ἵνα ὅταν ἔλθῃ ὁ κεκληκώς σε, εἴπῃ σοι, Φίλε, προσανάβηθι ἀνώτερον· —
tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus tibi: Quia omnis extollens pod
11 τότε ἔσται σοι δόξα ἐνώπιον (ι) τῶν συνανακειμένων σοι· Ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν s
seipsum humiliabitur, & humilians seipsum exaltabitur. Dicebat autem & vo-
12 ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται, καὶ ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται. Ἔλεγε δὲ καὶ τῷ κε- 12
canti ipsum; Cùm facis prandium aut cœnam, ne voca amicos tuos, neque
κληκότι αὐτὸν, Ὅταν ποιῇς ἄριστον ἢ δεῖπνον, μὴ φώνει τοὺς φίλους σου, μηδὲ
fratres tuos, neque cognatos tuos, neque vicinos divites, ne quando &
τοὺς ἀδελφούς σου, μηδὲ τοὺς συγγενεῖς σου, μηδὲ γείτονας πλουσίους, μήποτε καὶ
ipsi te reinviteni, & fiat tibi retributio. Sed cùm facis epulum,
αὐτοί σε ἀντικαλέσωσι, καὶ γένηταί σοι ἀνταπόδομα. Ἀλλ' ὅταν ποιῇς δοχὴν, 13
voca pauperes, mancos, claudos, cæcos: Et beatus eris, quia non habent
κάλει πτωχοὺς, ἀναπήρους, χωλοὺς, τυφλούς· Καὶ μακάριος ἔσῃ, ὅτι οὐκ ἔχουσιν 14
retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione justorum.
ἀνταποδοῦναί σοι· ἀνταποδοθήσεται γάρ σοι ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν δικαίων.
Audiens autem quidam simul recumbentium hæc, dixit illi; Beatus qui
Ἀκούσας δέ τις τῶν συνανακειμένων ταῦτα, εἶπεν αὐτῷ, Μακάριος ὃς 15
ΝΔ' manducabit panem in regno Dei. Ipse autem dixit ei; Homo
φάγεται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, Ἄνθρωπός 16
quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos. Et misit ser-
τις ἐποίησε δεῖπνον μέγα, καὶ ἐκάλεσε πολλούς. Καὶ ἀπέστειλε τὸν δοῦ- 17
vum suum horâ cœnæ dicere invitatis, Venite: quia jam parata
λον αὐτοῦ τῇ ὥρᾳ τοῦ δείπνου εἰπεῖν τοῖς κεκλημένοις, Ἔρχεσθε· ὅτι ἤδη ἕτοιμά
sunt omnia.
ἐστι πάντα.

MS. A. (β) εἶπεν πρὸς αὐτὸς, (γ) ὑμῶν ὁ υἱὸς ἢ βοῦς (δ) πεσεῖται, (ε) αὐτὸ τῇ (ζ) πρωτοκλησίας (η) πρωτοκλησίαν, (θ) ἀνάπεσε (ι) πάντων τῶν

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

4 ... * ... ...
5
6 ... * ... ...
7 ... * ... ...
8 ... * ... ...
9 ... * ... ...
10 ... * ... ...
11 ... * ... ...
12 ... * ... ...
13 ... * ... ...
14 ... * ... ...
15 ... * ... ...
16 ... * ... ...
17 ... * ... ...

Ipsi verò tacuerunt. Et prehendit eum ipse, 4
ac sanavit eum, dimisitque. Et subdit eis; 5
Quis est ex vobis cujus incidat filius aut
bos ejus in puteum die Sabbathi, & non
statim hauriens educat eum? Et non pote- 6
rant ei dare responsum super hac re. Dice- 7
bat autem parabolam apud eos qui fuerant
illîc invitati, eò quòd conspiceret eos eli-
gentes loca primorum acccubituum. Quum 8
invitatus fueris ab aliquo ad convivium, ne
abieris accubitum primo confessu, ne fortè
illîc sit invitatus aliquis te honoratior. Ve- 9
niatque is qui te & eum vocavit, ac dicat
tibi; Da huic locum: & pudore suffunda-
ris, quum assurrexeris & obtinueris locum
postremum. Sed quum invitatus fueris, va- 10
de discubitum in ultimum locum, ut quum
venerit is qui te vocavit, dîcat tibi; Amice
mi, ascende superiùs & discumbe, & erit
tibi gloria coram omnibus qui tecum dis-
cumbunt. Quoniam omnis qui extollit sese, 11
deprimetur: & qui sese depresserit, extol-
letur. Porrò dixit ei qui ipsum vocaverat; 12
Quum facis prandium aut cœnam, ne voca-
veris amicos tuos, nec etiam fratres tuos,
aut cognatos tuos, neque vicinos tuos divi-
tes, ne & ipsi vocent te, & fiat tibi hæc
compensatio. Sed quum facis epulum, vo- 13
ca pauperes, mancos, claudos, cæcos: Et 14
beatus eris; quia non habent undè tibi re-
pendant: fiet enim tua retributio in resur-
rectione justorum. Hæc autem quum au- 15
disset quidam ex iis qui discumbebant,
dixit ei; Beatus ille qui comedet panem in
regno Dei. Dixit ei Jesus; Vir quidam 16
fecit cœnam magnam, & convocavit mul-
tos. Misitque servum tempore cœnæ, ut 17
diceret iis qui convocati erant, Ecce omnia
parata sunt vobis: venite.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

4 * ایشان خاموش شدند * در حال بیمار را پیش خواند وبر وی نظر کرد خوش شد * انکه رها
کردش * 5 * وبدیشان گفت کیست از شما * کر پسرش یا کاوش * بروز شنبه † در چاه افتد *
6 وهماندم اورا بیرون نیاورد * 6 * این سخن را جواب † نتوانستند گفت
7 هشتاد نه براي انك صدقه بدرویشان واجب است دادن * واغاز کرد عیسي
وبدان † جماعت * که حاضر † بودند گفت * از براي انك دید * هر یکي جاء نشستن خود را
8 بلند † مي جستند * که بنشیند * وعیسي تعلیم اغاز کرد وگفت * 8 * چون از کسي بمهماني
9 خوانك شوي * در جاي بالا منشین * نبادا یکي دیکر از تو بزرك تر * خوانك شود * وترا از انجا
10 بر خیزانند * وتو شرمسار شوي * وفروتر نشیني * 10 * لیکن چون خوانك شوي * زیرتر از همه
بنشین تا وقتي که صاحب خانه بیاید * وترا انجا بیند * بتو بکوید * اي دوست بالاتر نشین *
11 انکه ترا حرمت باشد * برابر همه † که نشسته باشند * 11 * براي انك هر که نفس خودرا
12 بلند بیند * پست کردد * وهر که پست بیند بلند شود * 12 * وباز بدان مرد گفت *
که اورا خوانك بود * وقتي که نان صدقه دهي یا خواهي † که مهماني کني *

Illis tacentibus statim ægrotum ad- 4
vocavit, et in eum intuitus est, et
sanatum illicò dimisit. Et illis 5
dixit; Quis est è vobis cujus filius
aut bos in die Sabbathi in puteum
incidat, et eodem instanti eum non
educat? Huic dicto respondere non 6
potuerunt.

LXXXIX. Quòd eleemosynam pauperibus oportet dare.

Et exorsus est Jesus, et turbæ illi, 7
qui aderant, locutus est, eò quòd
videret unumquemque locum sessio-
nis suæ altum quærere, quo sederent:
Jesus itaque docendi initium fecit,
et dixit; Cùm ab aliquo ad convi- 8
vium vocatus fueris, in loco supremo
ne sedeas, ne quispiam alius te ma-
jor vocatus sit: Et te illinc suscì- 9
tent, et tu pudefactus inferiùs se-
deas. Sed cùm vocatus fueris, in- 10
fra omnes sede, ut quando dominus
domûs venerit, et te illic videat,
tibi dicat; O amice, superiùs sede:
tunc tibi honor erit coram omnibus,
qui assederint. Eò quòd omnis qui 11
semetipsum suspicit, deprimetur;
omnis verò qui deorsum aspicit,
excelsus erit. Et rursus homini 12
illi dixit, qui eum vocaverat;
Quando panem eleemosynæ das, aut
vis convivium facere,

Versio VULGATA LATINA.

4 At illi tacuerunt. Ipse verò apprehensum sanavit eum, ac dimisit. Et respondens
5 ad illos, dixit; Cujus vestrûm asinus aut bos in puteum cadet, & non continuò
6 extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hæc respondere illi. Dicebat
7 autem & ad invitatos parabolam, intendens quomodò primos accubitus eligerent,
8 dicens ad illos; Cùm invitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo lo-
9 co, ne fortè honoratior te sit invitatus ab illo: Et veniens is, qui te & illum vo-
cavit, dicat tibi; Da huic locum: & tunc incipias cum rubore novissimum lo-
10 cum tenere. Sed cùm vocatus fueris, vade, recumbe in novissimo loco: ut,
cùm venerit qui te invitavit, dicat tibi; Amice, ascende superiùs. Tunc erit
11 tibi gloria coram simul discumbentibus: Quia omnis qui se exaltat, humilia-
bitur: & qui se humiliat, exaltabitur: Dicebat autem & ei, qui se invitaverat; Cùm fa- 12
cis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neque cognatos,
neq; vicinos divites: ne fortè te & ipsi reinvitent, & fiat tibi retributio. Sed cùm fa- 13
cis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos: Et beatus eris, 14
quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione justorum.
Hæc cùm audîsset quidam de simul discumbentibus, dixit illi; Beatus, qui man- 15
ducabit panem in regno Dei. At ipse dixit ei; Homo quidam fecit cœnam 16
magnam, & vocavit multos. Et misit servum suum horâ cœnæ dicere invitatis 17
ut venirent, quia jam parata sunt omnia.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

4 وسكتوا * فأخذه وابراه واطلقه * ثم قال لهم من منكم يقع ثور في بير يوم السبت فلا
5 يصعده للوقت * فلم يقدروا ان يجيبوه عن هذا * الفصل الرابع والخمسون * فقال
6 7 مثلا للمدعوين لانهم كانوا يختيرون اوايل المتكاآت هكذي * متي دعاك احد الي عرس فلا
8 تتك في اول الجماعة * فلعله قد دعا هناك واحدا اكرم منك عليه * فياتي الذي دعاك
9 واياه فيقول لك دع المكان لهذا * فتجري وتقوم فتجلس في الموضع الاخير * لكن اذا دعيت
10 فاذهب واتك في اخر موضع * لكي اذا جاء الذي دعاك يقول لك يا صاح ارتفع الي فوق
11 فحينيذ يكون لك مجد امام المتكيين معك * لان كل من يرتفع يتضع وكل من يتضع
12 يرتفع * وقال للذي دعاه اذا صنعت ولمة او عشاء فلا تدع اصدقاءك * ولا اخوتك * ولا
13 اقاربك * ولا اغنياء جيرانك * فلعلهم يدعوك فتكون لك مكافاة * لكن اذا صنعت ولمة
14 ادع المساكين * والصعفاء * والمقعدين * والعميان * وطوباك اذ ليس لهم ما يكافوتك * ونجازاتك
15 تكون في قيامة الصديقين * فلما سمع هذا احد المتكيين معه قال طوبي لمن ياءكل خبزا
في ملكوت الله * الفصل الخامس والخمسون *
16 17 * فقال له انسان صنع ولمة عظمة ودعا كثيرين * فارسل عبده وقت العشاء يقول للمدعوين
تعالوا فهودا كل شي معد *

4 *Et tacuerunt. Quare apprehendit illum,*
& curavit eum, ac dimisit illum.
Deindè dixit illis; Cujus vestrûm ta-
5 *dit bos in puteum die sabbathi, & non*
extrahit illum subitó? Et non potue-
6 *runt respondere ei circa hoc.*

Sectio quinquagesima quarta.

7 *Dixit autem parabolam ad invitatos,*
quia ipsi eligebant primos accubitus, his
verbis: Quando vocaverit te aliquis
8 *ad nuptias, ne nitaris in capite sodali-*
tatis, quia fortè jam vocavit illuc ali-
quem honoratiorem te sibi, Et veniet
9 *qui te vocavit & illum, dicetque tibi;*
Cede locum huic: & erubescès, & sur-
ges, & sedebis in loco novissimo. Sed
10 *cùm vocatus fueris, vade & incumbe*
in postremo loco: ut cùm venerit qui
invitavit te, dicat tibi, O amice, ascen-
de superiùs. Et tunc erit tibi gloria co-
ram innixis tecum. Quia omnis qui se
11 *exaltat, humiliabitur: & omnis qui se*
humiliat, exaltabitur. Tum dixit illi
12 *qui vocaverat ipsum, Cùm feceris con-*
vivium aut cœnam, ne voces amicos tuos,
neque fratres tuos, neque cognatos tu-
os, neque divites vicinos tuos; nam for-
tè ipsi te vocabunt, & erit tibi retribu-
tio. Sed cùm feceris convivium, voca
13 *pauperes, & debiles, & claudos, & cæ-*
cos. Et felicem te, quum non habeant
14 *quod retribuant tibi: & retributio tua*
erit in resurrectione justorum. Quum-
15 *que audisset hoc unus discumbentium*
cum eo, dixit; Beatus qui manducabit
panem in regno Dei.

Sectio quinquagesima quinta.

16 *Dixit autem ei, Homo quidam fecit*
convivium magnum, & vocavit multos.
17 *Et misit servum suum horâ cœnæ, ut di-*
ceret vocatis; Venite, quia ecce omnia
parata sunt.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

4 ወእርመው::ወነሠለ:ወእከየው: ወፈነው:::ወይቤሎሙ: እመቦ:ለሐዱ: እመው
5 ስቴትክሙ:ዘወድቆ፡ላህው:ለው: ለድኅ:ውስተ: ዓዘቅት:ለኦኑ: ሶቤሃ:ያወፅለ:በጊ
6 ዜሃ: በዕለተ: ሰንበት:::ወኀጥሉ: ዘይብልው: በእንተዝ: ነገር::::
7 በእንተ:ሊያቀቅሮ: ናለስ:መርፈቅ:::ወመሰለ: ሎሙ:ወይቤሎሙ::ለእለ:ሀ
ለው: ውስተ:መሳኒ:ወመስለ:ሎሙ:ወመሃሮሙ:እስመ: ይትባደሩ:ውስተ:ናለሰ:መር
8 ፈቅ:::ወይቤሎሙ:ለእመ፱:ዘጸውዐከ:ውስተ:መሳኒ:ሊትርፍቅ:ውስተ:ናለሰ:መር
9 ፈቅ:ክቡር:ቦኁ:ይመጽእ:ዘይጸብረከ:::እመቦ:ዘጸውዐከ:መጺእ:ድኅረ:ይብለከ:
ዘኩ:ዘጸውዐከ:ሳድግ:ሎቱ:ዘንተ:ገጸ:ወትገብእ:ትትኀፈር:ይእተ:ጊዜ:ወትወርድ:
10 ደቡ: ዘይቴሐት:መርፈቅ:ትረፍቅ:::ወእመሰቦ:ዘጸውዓከ:ወሖርከ:ውስተ: ዘይቴ
ሐት:መርፈቅ:ናፍቅ:ከመ:መጺእ:ዘጸውዓከ: ይብለከ:ግባእ: ውስተ: ዘይዓቢ:መር
ፈቅ:ወውእተ:ጊዜ: ይከውንከ:ክብረ: ሶቤሃ:በቅድመ:ኩሎሙ: ኦለ:ይረፍቁ:ወይመ
11 ሰሑ:መሰሌከ:::ወእመ:ኩሉ:ዘያለዕል:ናለሰ: ይቴሐት:ወኩሉ: ዘያቴሕት:ናለ
12 ሰ: ይትሌዓል:::ወይቤሎ:ለዘ:ጸውዖ:ሶበ:ትገብር:በዓለከ:ወመስሐ:ለው:ድሪረ:
ሊትጸውዕ: እዕርክቲከ: ወመሓፈረከ:ወቢጸከ:ወለኀዊከ: ወለዝማዲከ:ወኅረከ: ለብ
13 ዕልተ:ከመ:ሊይጸውሉከ: እመኔቱሂ:ወይከውንከ:ፍደከ:በኅቤሆሙ:::ወ ለባ: ሶበ:
14 ትገብር:በዓለከ:ወመሰሐ:ለባ:ጸውዕ: ኒደያኒ:ወመስኪናኒ:ወዕውራኒ:ወሰኩራኒ:::ወ
በፁዕ:ለኔተ: እስመ:ለልቦሙ:ዘይፈዲዩከ:ባሕቲ:ወትትዓሰይ:ለመ: ይትነሥሉ:ጻድ
15 ቃን:::ወሰሚዖ:ዘንተ:ለሐዱ: እመእለ: ይመስሎ:ወይረፍቁ: ይቤሎ:ብፁዕ:ውእ
ቱ:ዘይበልዕ:ሳብሕተ:በመንግሥተ: እግዚአብሔር:::ወ በእንተ:እለ:ተፀውዑ:
16 ወስተ:ይሪር:::ወይቤሎ: እግዚእ:ሊየሱስ:ለሐዱ:ብእሲ:ገብረ:መሰሐ
17 ለ:በዓባለ:ዓቢየለ:ወዓሠሮሙ:ለብዙኃን:::ወሶበ:በጽሐ:ዓሡር፡ፈነወ:ገብሮ:ይ
ጸውዖሙ:ለእለ:ዓሠርዎሙ:ሶበ: በጽሐ:ጊዜ: መሰክ::ወሖረ:ወይቤሎሙ:ሳእለ:ዓ
ሠርዎሙ:ነዑለ:እስመለ:ወደእነለ:ኩሉለ:ለስተደለወነለ:መሰክለ:ነዑለ:::

Et tacuerunt: & accepit eum, & sanavit eum, & dimisit eum. Et dixit iis, Si fuerit 4
quis ex vobis, cujus bos aut asin⁹ in puteū ceciderit, nónne licet tunc extrahere 5
eum statim in die sabbati? Et deficiebant iis quæ dicerent ei de hoc sermone. 6
De non ambiendo primũ accubitũ. Et parabolicè loquutus est iis: & dixit 7
iis qui erant in convivio, & parabolicè loquut⁹ est iis, & docuit eos, quia delecta-
tionē habuerunt in primo accubito. Et dixit iis, Si quis fuerit qui vocaverit te in 8
prandiũ, ne accũbito in primo accubito, honorabilis ne veniat qui honorabilior
sit te: Tunc qui vocavit te veniēs, postea dicit tibi, ille *inquã* qui vocavit te, Cede 9
huic persōnæ: & reverteris pudore affect⁹ tunc temporis, & descendes in inferi⁹
accubitũ accumbere. Et siquis vocaverit te, & iveris; in inferiori accubito discũ- 10
be, ut veniens qui vocavit te, dicat tibi; Te conferas in superius accubitũ: & tunc
erit tibi gloria statim coram omnib⁹ discumbentibus, & prandentib⁹ tecũ. Quia 11
omnis qui extollit se, deprimetur; & omnis qui deprimit se, extolletur. Et dixit 12
ei qui vocaverat eũ, Quum facis conviviũ tuum, et prandiũ aut cœnam, ne voca-
to socios tuos, & amicos tuos, & proximos tuos, & fratres tuos, & cognatos tuos,
& vicinos tuos divites, ne vocent te ipsi etiam, & fiat tibi retributio tua apud eos.
Sed quando facis conviviũ tuum, & prandium, voca pauperes, & mendicos, & cæ- 13
cos, & claudos: Et beatus es, quia non sunt qui retribuant tibi: veruntamen remu- 14
neratus eris quando surgent justi. Et audiens hoc quidam ex prandentibus & dis- 15
cumbentibus, dixit ei; Beatus est qui comedit panem in regno Dei.

De iis qui vocati sunt ad cœnam.

Et dixit ei Dominus Jesus; Quidam homo fecit prandium, convivium magnum, 16
& invitavit multos: Et quum adesset invitamenti *dies*, misit servum suum vocare 17
invitatos, quando veniebat tempus prandii, & abiit, & dixit invitatis; Venite, quia
jam totum paravimus prandium, venite.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

برادران ودوستان * ونزديكان خودرا نخوان ونه همسايه٤ توانكر * تا ايشان نيز ترا نخوانند *
13 وهمچون قرض باشد * * ليكن وقتي كه صدقه كني * مسكينانرا * و فروماندكان *
14 وشلان و نابيناينرا بخوان * تا صدقه * ومهماني † ترا بخورند * * وخنك ترا كه ايشانرا عوض
15 نيست * كه بتو بگزارند * مكافات † تو در مقام صديقان باشد * * از ايشان * كه حاضر
بودند * يكي گفت كه خنك انك در ملكوت خدا نان بخورد
نود مثل مهماني وان كسان كه نيامدند
16 17 * عيسي گفت * مردي مهماني بزرك كرد * وگاو گوسفند * وديگر تربيها آماده داشت * بعد
ازان خدمتكاران خود را فرستاد * كه مردم مهماني را بخوانند *

fratres, & amicos, & propinquos
tuos ne vocato, neque vicinos divi-
tes: ne ipsi etiam te vocent, &
quasi mutuum sit. Sed quando elee- 13
mosynam feceris, pauperes, & ino-
pes, & luxatos, & cæcos vocato,
ut eleemosynam & convivium tu-
um edant. Et beatus eris: quia 14
illis compensatio non est, quam tibi
rependeant; retributio tua in loco ju-
storum erit. Ex illis qui præsentes 15
erant unus dixit; Beatus quidem
ille, qui in regno Dei panem com-
ederit.

XC. Parabola convivii, & illorum hominum qui non venerunt.

Jesus dixit; Vir quidam convi- 16
vium magnum fecit, & boves,
oves, & alias dapes apparavit.
Postea ministros suos misit, ut con- 17
vivas vocarent.

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΑΝ. ΚΕΦ. ΝΔ'. ΝΕ'.

Et cœperunt *ab uno* excusare omnes. Primus dixit ei; *Agrum* emi,
18 Καὶ ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς πάντες παραιτεῖσθαι πάντες. ὁ πρῶτος εἶπεν αὐτῷ, Ἀγρὸν ἠγόρασα,
& habeo necesse exire, & videre *illum*: rogo te, habe me excusatum. Et alter
19 καὶ ἔχω ἀνάγκην ἐξελθεῖν καὶ ἰδεῖν αὐτόν· ἐρωτῶ σε, ἔχε με παρητημένον. Καὶ ἕτερος
dixit; Juga boum emi quinque, & eo probare illa: rogo te, habe me
εἶπε, Ζεύγη βοῶν ἠγόρασα πέντε, καὶ πορεύομαι δοκιμάσαι αὐτά· ἐρωτῶ σε, ἔχε με
excusatum. Et alius dixit: Uxorem duxi, & *propter hoc* non possum venire.
20 παρητημένον. Καὶ ἕτερος εἶπε, Γυναῖκα ἔγημα, καὶ διὰ τοῦτο οὐ δύναμαι ἐλθεῖν.
Et *adveniens* servus ille nuntiavit domino suo hæc. Tunc
21 Καὶ παραγενόμενος ὁ (κ) δοῦλος ἐκεῖνος ἀπήγγειλε τῷ κυρίῳ αὐτοῦ ταῦτα. Τότε
iratus paterfamilias dixit servo suo; Exi citò in plateas & vi-
ὀργισθεὶς ὁ οἰκοδεσπότης εἶπε τῷ δούλῳ αὐτοῦ, Ἐξελθε ταχέως εἰς τὰς πλατείας καὶ ῥύ-
cos civitatis: & pauperes, & *mancos*, & claudos, & cæcos introduc huc.
μας τῆς πόλεως· καὶ τοὺς πτωχοὺς, καὶ (λ) ἀναπήρους, καὶ χωλοὺς, καὶ τυφλοὺς εἰσάγαγε ὧδε.
Et ait servus; Domine, factum est ut imperâsti, & adhuc locus est. Et ait
22 Καὶ (μ) εἶπεν ὁ δοῦλος, Κύριε, γέγονεν ὡς ἐπέταξας, καὶ ἔτι τόπος ἐστί. Καὶ εἶπεν
dominus *ad servum*; Exi in vias & sepes, & *cogè* intrare,
ὁ κύριος πρὸς τὸν δοῦλον, Ἔξελθε εἰς τὰς ὁδοὺς καὶ φραγμοὺς, καὶ ἀνάγκασον εἰσελθεῖν,
ut impleatur domus mea. Dico *enim* vobis; *Quia* nemo virorum illorum *voca-*
24 ἵνα γεμισθῇ (ν) ὁ οἶκός μου. Λέγω γὰρ ὑμῖν, Ὅτι οὐδεὶς τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τῶν κεκλη-
torum gustabit meam cœnam. Ibant autem cum eo turbæ multæ: & conversus
25 μένων γεύσεταί μου τοῦ δείπνου. Συνεπορεύοντο δὲ αὐτῷ ὄχλοι πολλοί· καὶ στραφεὶς ε
dixit ad illos; Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & ma-
εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Εἴ τις ἔρχεται πρός με, καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα (ξ) ἑαυτοῦ, καὶ τὴν μη- 26
trem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem &
τέρα, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τὰ τέκνα, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τὰς ἀδελφὰς, ἔτι δὲ καὶ
suam animam, non potest meus discipulus esse. Et qui non bajulat crucem suam,
τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, οὐ δύναταί μου μαθητὴς εἶναι. Καὶ ὅστις οὐ βαστάζει τὸν σταυρὸν (ο) αὐτοῦ, 27
& venit post me, non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis, volens turrim
ΝΕ' καὶ ἔρχεται ὀπίσω μου, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής. Τίς γὰρ ἐξ ὑμῶν, θέλων πύργον 28
ρπγ ædificare, nónne priùs sedens computat *sumptum*, si habeat *ea quæ* ad *perfectionem*:
οἰκοδομῆσαι, οὐχὶ πρῶτον καθίσας ψηφίζει τὴν δαπάνην, εἰ ἔχει τὰ (π) πρὸς ἀπαρτισμόν·
Ut ne *quando*, *ponente ipso* fundamentum, & non *poterit* perficere, omnes *videntes*
Ἵνα μήποτε, θέντος αὐτοῦ θεμέλιον, καὶ μὴ ἰσχύοντος ἐκτελέσαι, πάντες οἱ θεωροῦντες 29
incipiant illudere ei, Dicentes; Quia hic homo cœpit ædificare,
ἄρξωνται (ρ) ἐμπαίζειν αὐτῷ, Λέγοντες, Ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος ἤρξατο οἰκοδομεῖν, 30
& non potuit consummare. Aut quis rex iturus committere *alteri regi*
καὶ οὐκ ἴσχυσεν ἐκτελέσαι. Ἢ τίς βασιλεὺς πορευόμενος (σ) συμβαλεῖν ἑτέρῳ βασιλεῖ 31
in bellum, non sedens priùs *consultat* si *potens est in* decem millibus oc-
εἰς πόλεμον, οὐχὶ καθίσας πρῶτον βουλεύσει εἰ δυνατός ἐστιν ἐν δέκα χιλιάσιν (τ) ἀπ-
currere cum viginti millibus *venienti* ad se? *Si autem non*, adhuc illo
αντῆσαι τῷ μετ' εἴκοσι χιλιάδων ἐρχομένῳ ἐπ' αὐτόν; Εἰ δὲ μήγε, ἔτι (υ) ὄντος 32
longè *existente*, legationem mittens rogat quæ *ad pacem*.
πόρρω ὄντος, πρεσβείαν ἀποστείλας ἐρωτᾷ τὰ πρὸς εἰρήνην.

MS. A. (κ) δοῦλος ἀπήγγειλεν (λ) ἀναπήρους, καὶ τυφλοὺς εἰσάγαγε (μ) εἶπεν αὐτῷ ὁ (ν) μου ὁ οἶκος. (ξ) αὐτοῦ, (ο) ἑαυτοῦ, (π) εἰς (ρ) αὐτῷ ἐμπαίζειν, (σ) ἑτέρῳ βασιλεῖ συμβαλεῖν (τ) ὑπαντῆσαι (υ) πόρρω αὐτοῦ

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

* ܘܐܡܪ ܠܗ ܚܕ ܡܢ ܗܘ ܒܥܠ ܒܝܬܐ ܕܐܬܐ ܠܡܣܒ ܒܗ ܒܪ ܡܢ ܐܢܫ ܕܐܬ ܠ

Versio VULGATA LATINA.

18 Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei; Villam emi, & necesse ha-
19 beo exire, & videre illam: rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit; Juga bo-
20 um emi quinque, & eo probare illa: rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit;
21 Uxorem duxi, & ideò non possum venire. Et reversus servus nuntiavit hæc domi-
no suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit servo suo; Exi citò in plateas & vicos ci-
22 vitatis: & pauperes, ac debiles, & cœcos, & claudos introduc huc. Et ait ser-
23 vus; Domine, factum est ut imperâsti, & adhuc locus est. Et ait Dominus servo;
24 Exi in vias, & sepes: & compelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico autem
25 vobis; Quòd nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam. Ibant
26 autem turbæ multæ cum eo; & conversus dixit ad illos; Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non bajulat 27
crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vo- 28
bis volens turrim ædificare, non priùs sedens computat sumptus, qui necessarii
sunt, si habeat ad perficiendum: Ne, posteaquàm posuerit fundamentum, & non 29
potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, Dicentes; Quia hic 30
homo cœpit ædificare, & non potuit consummare? Aut quis rex iturus commit- 31
tere bellum adversùs alium regem, non sedens priùs cogitat, si possit cum decem
millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? Alioquin adhuc illo 32
longè agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis sunt.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

18 * فبدؤا جميعهم يستعفون * فالاوّل قال اني اشتريت حقلاً والضرورة تدعوني الي الخروج اليه
19 وبطره واسألك ان تعفيني * وقال اخر قد اشتريت خمسة ازواج بقر واذا مضي اجربها اسألك ان
20 تعفيني * وقال اخر قد تزوجت مرأة ولاجل ذلك لا امضي * فاتي العبد واخبر سيده بهذا
21 حينيذ غضب رب البيت وقال لعبده اخرج مسرعاً الي الطريق وسوارع المدينة وادع
22 المساكين والمعورين والعميان والمقعدين الي ههنا * فقال العبد يا سيد قد فعلت ما امرت
23 به وههنا ايضا مكان * فقال السيد للعبد اخرج الي الطرق والسياجات واضطرهم ان يدخلوا
24 ليمتلي بيتي * اقول لكم انه ولا واحد من اولئك الناس المدعوين يذوق لي عشآء * وكان
25 جمع كبير منطلقا معه فالتفت وقال لهم * من ياتي الي ولا يبغض اباه وامه وامرأته وبنيه
26 واخوته واخواته نعم حتي نفسه فلا يقدر ان يكون لي تلميذا * ومن لا يحمل صليبه ويتبعني فلا
27 يقدر ان يكون لي تلميذا * الفصل السادس والخمسون * * من منكم يريد ان يبني
28 برجا اولا يجلس اولا ويحسب نفقته وهل له ما يكمله * لئيما اذا وضع الاساس ولم يقدر علي كماله
29 وكل الناظرين يبدون يسهزيون به * ويقولون ان هذا الانسان بدا ببناء ولم يقدر علي كماله
30 * او اي ملك يمضي الي محاربة ملك اخر افلا يجلس اولا ويفكر هل يستطيع بعشر الف ان
31 يلقي الموافي اليه في عشرين الفا * والا فما دام بعيدا منه يرسل رسلا ويسل سلامه *
32

Et cœperunt omnes veniam petere. Et pri- 18
mus dixit, Equidem emi rus, & necessitas
vocat me ad exeundum ad illud, & vi-
dendum illud: & rogo te ut me eximas.
Et dixit alter; Emi quinq; juga boum, & 19
ego vado probare illa: rogo te ut me exi-
mas. Et dixit alius; Duxi uxorem, & 20
propter hoc non abibo. Et venit servus, 21
& nuntiavit domino suo hoc. Tunc ira-
tus est dominus domûs, & dixit servo
suo; Exi festinus in vias & compita ci-
vitatis, & voca pauperes, & egenos, &
cæcos, & claudos huc. Et dixit servus; 22
Domine, jam feci quod imperâsti, & hìc
adhuc locus est. Ait dominus servo; Exi 23
in vias & sepes, & compelle eos ut in-
trent, quatenus impleatur domus mea.
Dico vobis, quòd ne unus quidem ex il- 24
lis hominibus vocatis gustabit mihi cœ-
nam. Et erat turba magna abiens cum 25
eo, & conversus est, & dixit illis; Qui- 26
cunque venit ad me, & non odit patrem
suum, & matrem suam, & uxorem su-
am, & filios suos, & fratres suos, & so-
rores suas, sanè vel animam suam; non po-
test esse mihi discipulus. Et quicunque 27
non portat crucem suam et sequitur me,
non potest esse mihi discipulus.

Sectio quinquagesima sexta.

Quis ex vobis volens ædificare turrim, 28
nonne sedet primùm, et computat impen-
sam ejus, et an habeat quo perficiat il-
lam. Ne postquam posuerit fundamen- 29
tum, et non valuerit perficere eam, omnes
aspicientes incipiant illudere ei, Et di-
cere; Hic homo cœpit ædificium, et non 30
potuit perficere illud. Aut quis rex itu- 31
rus ad oppugnandum regem alterum, nón-
ne sedebit priùs, et cogitabit an possit
cum decem millibus occurrere venienti
ad se cum viginti millibus. Alioquin 32
quandiu remotus est ab eo, mittet nunti-
os, et rogabit pacem ejus.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

18 ወአበይዎ:ኵሎሙ:ኅቡረ: በአሐዱ:ቃል: ወይቤሎ:ቀዳሚዉ: ገረሃተኒ: ተሣየጥኩ:
19 ወእጽሀቅ: እፃእ: እኵር: እርእያ:ወበእሩ:ረሲኒ:ሊተ: ከመዘ:ሊአበይኩ::=: ወካ
ልኡ:ይቤሎ: ኃምስተ:ፀመደ:አሐ: ተሣየጥኩ:ወላሐውር: እርእዮሙ: ወኢመክሮ
20 ሙ:ወበእሩ:ረሲ:ሊተ:ከመዘ:መጻእኩ:ወኢአበይኩ::=: ወሣልሱኒ: ይቤሎ:ብእሲተ:
ላወሰብኩ:ወበእንተዝ:ኢይክል: መጺእ: እብሰከ: ረሲ:ሊተ:ከመዘ:ኢአበይኩ::=:
21 ወገቢአ:ገቡረ: ወነገሮ:ከመዝ: ለእግዚአ:ወእመዝ: ተመፅዐ: በዕለ: ቤት:ወእተ:
ጊዜ: ወይቤሎ: ለገብረ:ሑር:ፍጡነ: ውስተ: መራሕብት: ወውስተ: ለስኳተ: ሃገር:
22 ወኢመጽእ:ሊተ: ነደያነ: ወፅኑስነ:ዕውራነ: ወስኩራነ:ወመስኪናነ::=: ወእመዝ:ይ
23 ቤሎ:ገብረ: ገበርኩ: እግዚአ: በከመ:ለዘዝከነ:ወዲቦ: መካነ::=: ወይቤሎ: እግ
ዚአ:ለገብረ:ሑር: ፍጡነ:ውስተ:ፋናው: ወውስተ:ጥቅመ:ሃገር:ወበግብር: ላብእ:
24 ከመ:ይመላእ: ቤትየ::=: እብለክሙ: ለሐዱኒ:ሊይጥዕመዋ:ለበዓልየ: እለ:ዓሠር
25 ናሆሙ::=: ወእመዝ: እንዘ:ይሐውር:መስሌሁ: ሰብእ:ብዙኅ:ተመይጠ:ወይቤሎ
26 ሙ::=: ዘይመጽእ:ኀቤየ: ዘይፈቅድ: ይትልወኒ:ይጽላእ:ለባሁ: ወእሞ: ለብእሲቶ:
27 ወቤቶ: ወውሉደ:ወለኀዊሁ: ወለኀቲሁ:ወዲኢ: ነፍስኒ: እንቲላሁ::=: ሊይክል: ከ
ዊነ:ረድኣየ:ዘሊያጥብዐ: ወሊነሠእ:መስቀለ:ሞቱ: ሊይክል: ተፀመደቲ::=:
28 በእንተ: መሰሌ: ዘሕንጻ: ማሕፈድ::=: ወእመቦ: እመውስቴትክሙ:ዘይፈ
ቅድ: ይሕንጽ:መሕፈደ:ለኮኑ:ይቀድሙ: ይነብር:ወይሓስብ:ፀእፃለ: እመ:ይእክሎ:
29 ከመ: ይሰርር:መሰረቶ::=: ከመ: ሰሪር:መሰረተ: እመ:ስእነ:ፈጽሞ:ኵሉ:ዘርእዮ:
30 ይሰለቅ:ላዕሌሁ::=: እንዘ:ይብሉ:ዝኬ:ብእሲ:ለኃንዘ:ይሕንጽ: ወስእነ:ፈጽሞ::=:
31 ወእመኒ: ፈቀደ:ንጉሠ:ይሖር: ይፀብሖ:ለከልእ: ንጉሠ:ለኮኑ: ይነብር:ወይጤክር:
32 ይቀድሙ: እመ:ይክል: በእልፍ:ፀቢአቱ:ለዘ: በክልኤ: እልፍ: ይትቄበሎ::=: ወእማ
እኮሰ: በርሑቅ: ይፈኑ: ሐዋርያት:ኃቤሁ: ወይዜነዉመ:ደኅና: በሰላመ::=:

Et recusârunt eum omnes simul in una voce, & dixit ei primus; Agrum emi, & eu- 18
pio ut exeam, ire ut videã eũ: & dixit ei; Facias me quemadmodũ non recusâssẽ.
Et secundus dixit ei; Quinque juga boum emi, & eo ut videã eos & probẽ eos: & 19
dixit ei; Facias me quemadmodũ venissem, & non recusâssem. Et tertius dixit ei; 20
Uxorẽ duxi, & propterea non possum venire: dico tibi; Facias me quemadmodum
non recusâssẽ. Et reversus servus ejus nuntiavit similiter dño suo. Et tunc iratus 21
fuit dñs domûs isto tempore, & dixit servo suo; Abì citò in plateas & vicos civi-
tatis, & introduc mihi pauperes & indigentes, cæcos, & claudos, & mendicos. Et 22
tunc dixit ei servꝰ ejus; Feci dñe, sicut præcepisti me, & adhuc est locus. Et dixit 23
dñs servo suo; Abi citò in vias, & in mœnia civitatis, & in coactione introducito,
ut impleatur domus mea. Dico vobis, Ne unus *eorum* gustabit convivium meum, 24
quos invitavimus. Et tunc proficiscente eum eo turbâ multâ, conversus fuit, & 25
dixit iis; Qui veniet ad me, qui vult sequi me, odio habebit patrem suum, & ma- 26
trem suam, & uxorẽ suam, & domũ suam, & liberos suos, & fratres suos, & soro-
res suas, & etiam suam ipsius animam. Non potest esse discipulus meus, qui non 27
est paratus: & *qui* non assumpsit crucem mortis suæ, non potest adhærere mihi.

De parabola hominis *qui ædificavit turrim.*

Et si fuerit ex vobis, qui vult ædificare turrim, nónne priùs sedet, & computat 28
sumptus, an potis sit ut ponat fundamentũ ejus? Sicuti posito fundamento, si non 29
potuit perficere eam, omnis spectans ridebit super eum, Dicens; Hic homo cœpit 30
ædificare, & non potuit perficere. Et si voluit rex proficisci, ut bellum inferat 31
alteri regi, nónne sedebit & consultabit priùs, utrùm possit cum decem millib⁹
bellum inferre ei qui cum viginti millibus occurrit ei? Alioquin, *illo* longè a- 32
gente, mittet legatos ad eum, & annuntiabit ei salutem in pace.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

26 * هر كه پدر ومادر خودرا * وبرادر * وخواهر * وزن * وفرزند * وجان خودرا نيز * نكذارد
27 وترك نكند * او شاكرد من نمي شود * * وهر كه صليب خود نستاند * ودر دنبال من نيايد *
28 او مرا نتواند † شاكرد شدن * * كيست از شما كه او خواهد * كه سراي عمارت كند * نه
اوّل بنشيند وخرجش را حساب كند * اكر دارد قوت انك عمارت † را تمام كند * اساس بنهد *
29
30 * واكر ندارد * واجب نيست كه اساس نهد * تا مردم نكريند * وبا همديكر † كويند * وان كس
31 اين بنياد نهاد * ونتوانست تمام كردن * يا ملكي خواهد كه با ملك ديكر مصاف كند *
32 اوّل بنيند * كه قوت ولشكر دارد كه با دشمن برايد * انكه جنك كند * * واكر
قوت ولشكر † ندارد * چندانك از دشمن خود دورست * بيغام فرستد * وايمني * وصلح جويد *

Quicunque patrem, et matrem su- 26
am, et fratres, et sorores, et uxo-
rem, et liberos, et animam suam et-
iam non præterierit neq; reliquerit,
ille discipulus meus non fiet. Et qui- 27
cunque crucem suam non sustulerit,
et post me non venerit, ipse mihi non
potest discipulus esse. Quis est è vo- 28
bis, qui cum *voluerit ut arcem ædi-*
ficet, non priùs sedeat et sumptum
ejus computet, ut, si habeat facultа-
tem quâ ædificium perficiat, funda-
mentum ponat? Si enim non habue- 29
rit, non expedit ut fundamentum po-
nat, ne homines prætereant, Et inter 30
se dicant; Iste quidam hòc funda-
mentum posuit, et non potuit perfice-
re. Aut si rex aliquis voluerit cum 31
rege alio aciem comittere, priùs de-
spiciet num robur et exercitum ha-
beat, quo in hostem prodeat, tunc bel-
lum faciꝫ. Quòd si robur et exerci- 32
tum non habeat, dum ab hoste suo
procul est, legationem mittit, et se-
curitatem et pacem petit:

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΑΝ. ΚΕΦ. Νς'. ΝΖ'.

Sic ergò omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus *suis substantiis*, non potest
εἶναί μου μαθητής. Καλὸν τὸ ἅλας· ἐὰν δὲ καὶ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἀρτυθήσεται; οὔτε
esse discipulus. Bonum sal: si autem sal *infatuetur*, in quo condietur? neque
εἰς γῆν, οὔτε εἰς κοπρίαν, εὔθετόν ἐστιν· ἔξω βάλλουσιν αὐτό. Ὁ ἔχων ὦτα
in terram, neque in sterquilinium, *appositum* est: foràs *mittunt illud*. *Habens* aures
ἀκούειν, ἀκουέτω.

CAP. XV. ιε'.

Erant autem appropinquantes ei *omnes* publicani & peccatores, *audire* illum.
Ἦσαν δὲ (α) ἐγγίζοντες αὐτῷ πάντες οἱ τελῶναι καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ, ἀκούειν αὐτοῦ.
Et murmurabant Pharisæi & Scribæ, dicentes; Quia hic peccatores
Καὶ διεγόγγυζον (β) οἵ τε Φαρισαῖοι καὶ οἱ γραμματεῖς, λέγοντες, Ὅτι οὗτος ἁμαρτωλοὺς
recipit, & manducat cum illis. Ait *autem* ad illos parabolam istam,
προσδέχεται καὶ συνεσθίει αὐτοῖς. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν ταύτην,
dicens; Quis homo ex vobis *habens* centum oves, & *perdens* unam ex illis,
λέγων, Τίς ἄνθρωπος ἐξ ὑμῶν ἔχων ἑκατὸν πρόβατα, καὶ ἀπολέσας ἓν ἐξ αὐτῶν,
nónne dimittit nonagintanovem in deserto, & vadit ad *per-*
οὐ καταλείπει τὰ (γ) ἐνενηκονταεννέα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ πορεύεται ἐπὶ τὸ ἀπο-
ditam, donec inveniat eam? Et *inveniens* imponit in humeros suos gaudens:
λωλός, (δ) ἕως εὕρῃ αὐτό; Καὶ εὑρὼν ἐπιτίθησιν ἐπὶ τοὺς ὤμους ἑαυτοῦ χαίρων·

Et veniens in domum, convocat amicos & vicinos, dicens illis; Congratulamini
Καὶ ἐλθὼν εἰς τὸν οἶκον, συγκαλεῖ τοὺς φίλους καὶ τοὺς γείτονας, λέγων αὐτοῖς, Συγχάρητέ
mihi, quia inveni ovem meam *perditam*. Dico vobis; Quòd ita gaudium erit
μοι, ὅτι εὗρον τὸ πρόβατόν μου τὸ ἀπολωλός. Λέγω ὑμῖν, Ὅτι (ε) οὕτω χαρὰ ἔσται
in cœlo super uno peccatore *pœnitenti*, quàm super nonagintanovem justis,
ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, ἢ ἐπὶ (ζ) ἐνενηκονταεννέα δικαίοις,
qui non *opus habent* pœnitentiâ. Aut quæ mulier drachmas habens decem, si per-
οἵτινες οὐ χρείαν ἔχουσι μετανοίας. Ἢ τίς γυνὴ δραχμὰς ἔχουσα δέκα, ἐὰν ἀπο-
diderit drachmam unam, nónne accendit lucernam, & everrit domum, & quærit diligenter, *usque*
λέσῃ δραχμὴν μίαν, οὐχὶ ἅπτει λύχνον, καὶ σαρεῖ τὴν οἰκίαν, καὶ ζητεῖ ἐπιμελῶς, ἕως
quò inveniat? Et *inveniens* convocat amicas & vicinas, dicens; Congratulamini
ὅτου εὕρῃ; Καὶ εὑροῦσα συγκαλεῖ τὰς φίλας καὶ τὰς γείτονας, λέγουσα, Συγχάρητέ
mihi, quia inveni drachmam quam perdideram. Ita, dico vobis, gaudium *fit* coram
μοι, ὅτι εὗρον τὴν δραχμὴν ἣν ἀπώλεσα. (η) Οὕτω, λέγω ὑμῖν, χαρὰ γίνεται ἐνώπιον
angelis Dei super uno peccatore *pœnitenti*. Ait autem; Homo quidam habuit
τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι. Εἶπε δέ, Ἄνθρωπός τις εἶχε
duos filios. Et dixit *junior eorum* patri; Pater, da mihi *adjectam*
δύο υἱούς. Καὶ εἶπεν ὁ νεώτερος αὐτῶν τῷ πατρί, Πάτερ, δός μοι τὸ ἐπιβάλλον
partem substantiæ. Et divisit illis *vitam*.
μέρος τῆς οὐσίας. (θ) καὶ διεῖλεν αὐτοῖς τὸν βίον.

MS. A. Κεφ. ιε'. (α) αὐτῷ ἐγγίσοντες (β) οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι, (γ) ἐνενηκονταεννέα (δ) ἕως ἕ εὕρῃ (ε) ὕτως (ζ) ἐνενηκονταεννέα (η) Οὕτως, (θ) ὁ δὲ διεῖλεν

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

33 * ... ...

Versio VULGATA LATINA.

33 Sic ergò omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus
34 esse discipulus. Bonum est sal. Si autem sal evanuerit, in quo condietur? Ne-
35 que in terram, neque in sterquilinium utile est, sed foràs mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.

CAP. XV.

1 ERant autem appropinquantes ei publicani, & peccatores, ut audirent illum. Et
2 murmurabant Pharisæi, & Scribæ, dicentes; Quia hic peccatores recipit, & man-
3 ducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam, dicens; Quis ex vobis homo,
4 qui habet centum oves: & si perdiderit unam ex illis, nónne dimittit nonaginta-
5 novem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inveniat eam? Et cùm
invenerit eam, imponit in humeros suos gaudens: Et veniens domum convocat 6
amicos & vicinos, dicens illis; Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam,
quæ perierat? Dico vobis, Quòd ita gaudium erit in cœlo super uno peccatore 7
pœnitentiam agente, quàm super nonagintanovem justis, qui non indigent pœnitentiâ. Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam unam, 8
nónne accendit lucernam, & everrit domum, & quærit diligenter, donec inveniat? Et cùm invenerit, convocat amicas & vicinas, dicens; Congratulamini mihi, 9
quia inveni drachmam, quam perdideram? Ita dico vobis; Gaudium erit coram 10
angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente. Ait autem; Homo quidam habuit duos filios: Et dixit adolescentior ex illis patri; Pater, da mihi por- 11 12
tionem substantiæ quæ me contingit. Et divisit illis substantiam.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

33 * وهكذا كل واحد منكم ان لم يرفض كل ما له فلا يقدر ان يكون لي تلميذا * جيد هو الملح *
34 فان فسد الملح بماذا يملح * لا للارض ولا للمزبلة يصلح لكن يطرح خارجا * من له اذنان
35 سامعتان فليسمع *

Sic unusquisq; ex vobis si non renuntiaverit omnibus quæ habet, non potest esse mihi discipulus. Bonum est sal: at si corrumpatur sal, quâ re salietur? Non terræ, neq; sterquilinio prodest, sed projicitur forás. Cui sunt aures audientes, audiat. 33 34 35

CAP. XV.

1 2 * ودنا منه جميع العشارين والخطاة ليسمعوا منه * فتذمر الفريسيون والكتبة قايلين هذا
3 يقبل الخطاة ويأكل معهم * الفصل السابع والخمسون * * فقال هذا المثل مخاطبا *
4 * اي رجل منكم له ماية خروف فيتلف منها واحد اليس يترك التسعة والتسعين في البرية
5 6 ويمضي في طلب الضال حتى يجده * فاذا وجده حمله على منكبيه فرحا * ويأتي به الى بيته *
7 ويدعو اصدقاءه وجيرانه ويقول لهم افرحوا معي جميعا لوجودي خروفي الضال * اقول لكم
انه يكون فرح في السماء بخاطي واحد يتوب اكثر من الفرح بالتسعة والتسعين صديقا
8 الذين لا يحتاجون الى توبة * واية مرءاة لها عشرة دراهم يتلف منها واحد اليس توقد
9 سراجا وتكنس بيتها وتطلبه بجهد حتى تجده * فاذا وجدته دعت اصدقاءها وجاراتها قايلة
10 افرحن معي لوجودي درهمي التالف * اقول لكم انه هكذا يكون فرح عظيم قدام
11 ملايكة الله بخاطي واحد يتوب * * الفصل الثامن والخمسون * * وقال انسان كان له
12 ابنان * فقال اصغرهما لابيه يا ابة اعطني نصيبي من مالك فقسم بينهما ماله *

Et appropinquaverunt ad eum omnes publicani & peccatores, ut audirent ab eo. Et murmuraverunt Pharisæi & Scribæ, dicentes; Hic recipit peccatores, & manducat cum illis. 1 2

Sectio quadragesima septima.

Et dixit hanc parabolam confabulans; Quis homo ex vobis habeat centum oves, & perdatur ex illis una, nónne relinquet nonaginta novem in deserto, & vadet quæsitum perditam donec inveniat eam? Et cùm invenerit eam, portabit eam super humeros suos hilaris. Et adferet eam ad domum suam, & vocabit amicos suos & vicinos suos, & dicet illis; Congratulamini mihi omnes ob inventam ovem meam perditam. Dico vobis, quòd erit gaudium in cœlo de peccatore uno qui pœnitentiam agit, majus quàm gaudium de nonaginta novem justis qui non indigent pœnitentiâ. Et quæ mulier est, cui quum sint decem drachmæ, perdatur ex eis una, nónne accendit lucernam, & everrit domum suam, & quærit eam solicita donec inveniat eam? Cùm autè invenerit eam, vocat dilectas suas, & vicinas suas, dicens; Congratulamini mihi ob inventam drachmam meam perditam. Dico vobis, quòd ita erit gaudium maximum coram angelis Dei de peccatore uno, qui pœnitentiam agit. 3 4 5 6 7 8 9 10

Sectio quinquagesima octava.

Et dixit; Homini cuidam erant filii duo: Et dixit minor ex illis patri suo; Pater, da mihi portionem meam de facultatibus tuis. Et divisit inter utrumque facultates suas. 11 12

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

33 ወከማሁኬ፡ኵሉ፡ዘእመውስቴትክሙሂ፡ ዘኢይፅለ፡ እምኵሉ፡ ንዋዩ፡ ሊይክል፡ ተፀ
34 መደትየ፡ ::= ሠናይ፡ ውእቱ፡ ጸው፡ወለእመሰ፡ ጸው፡ለስኑ፡በመንት፡ እንከ፡ይቄስመ
35 ው፡::= ፡ለኮኑ፡ይገድፍው፡ ለፋለ፡ወስተ፡መሬት፡ ወዘቦ፡እዝነ፡ ሰሚዕ፡ይስማዕ፡::=
1 ፲፫ ወይቀርብው፡ ለኪያሁ፡ኃጥኣኒ፡ ወመጸብሕያን፡ይስመዕው፡::= ወለንጉርጉሬ፡
2 ጸሐፍት፡ ወፈሪሰዊያን፡ወይቤሉ፡ ኃጥኣነ፡ይትወሰፍ፡ ወይበልዕ፡መስቤሆሙ፡::=
በእንተ፡ መስቤ፡ ዘመእት፡ ለባዕዕ፡::=
3 ወመስለ፡ሎሙ፡ ከመዝ፡ ወይቤሎሙ፡::= እመቦ፡ብእሲ፡እመውስቴትክሙ፡ ዘቦ፡ መእ
4 ተ፡ ለበግዐ፡ ወለእመ፡ተገድፉቱ፡ ለሐቲ፡ እመውስቴቶን፡ለኮኑ፡ይኅድግ፡ተስዓ፡ወተስ
5 ዓተ፡ውስተ፡ ገደመ፡ ወየሐውር፡ኀቡ፡ እንተ፡ ተገድፉቱ፡ እስከ፡ ይረክቦ፡::= ወእመ
6 ሳረ፡ ረከቦ፡ይጸውራ፡ ደቡ፡መትከፍቱ፡ ወይትፈሣሕ፡::= ወይበጽሕ፡ቤቶ፡ወይጼውዕ፡
ዐርኮኒሁ፡ ወሳሮ፡ ወይብሎሙ፡ተፈሣሑ፡ሊተ፡ እስመ፡ረከብኩ፡በግዕየ፡ እንተ፡ተገድ
7 ፉተኒ፡::= እብለክሙ፡ከማሁ፡ይከውን፡ ፍስሐሁ፡ በሰማያት፡በእንተ፡ ለሐዲ፡ኃጥእ፡
8 ዘይትኔሰሕ፡ፈድፋደ፡ እመትስዓ፡ወ ፱፡ ጸድቃን፡ እለ፡ ሊይፈቅድው፡ ለንስሓ፡::= ወ
ካማሁ፡ብእሲትኒ፡ ለእመባቲ፡ዓሠረ፡ ጠፈልከተ፡ለገሙሰ፡ ወተገድፈታ፡ለኃቲ፡ጠፍ
ላሕት፡ለኮኑ፡ ታኃቱ፡ሣሓቶተ፡ወተሀወክ፡ኵሉ፡ዘወስተ፡ቤታ፡ ወትፈነቅል፡ወተኀሠ
9 ሠ፡ ለእተሐሚግ ፡ እስከ፡ትረክብ፡::= ወእመከመ፡ ረከበት፡ትጼውዕ፡ዓፈስቲሃ፡ወ
10 ኅሪ፡ወትብሎን፡ ተፈሠሑ፡ሊተ፡ እስመ፡ ረከብኩ፡ ገመስየ፡ እንተ፡ተገድፈተኒ፡::= እ
ብለክሙ፡ከማሁ፡ ይከውን፡ፍሥሐ፡በቅድመ፡መላእክተ፡ እግዚአብሔር፡በእንተ፡ ለ
11 ሐዲ፡ኃጥእ፡ ዘይትኔሰሕ፡::= በእንተ፡ ዘንጌ፡ ወልዱ፡ ርሑቀ፡ ብሔረ፡::=
12 ወይቤሎሙ፡ለሐዲሉ፡ብእሲ፡ ቦቱ፡ክልኤተ፡ደቀ፡::= ወይቤሎ፡ ዘይእለ፡ ለለቡሁ፡ለ
ባ፡ሀበኒ፡ መክፈልተ፡ ርስትየ፡ ዘይረክበኒ ፡: ወከፈሎ፡ መክፈልቶ፡ ንዋዮ፡::=

Et sic igitur quicunque è vobis, qui non discesserit ab omnibus bonis suis, non potest adhærere mihi. Bonus est sal: & si sal evanuerit, cum quo igitur condient illum? Nónne abjicient eum foràs in terra: Et qui habet aurem, audiendo audiat. 33 34 35

CAP. XV.

Et appropinquabant Jesu peccatores & publicani, ut audirent eum. Et murmuraverunt Scribæ & Pharisæi, & dixerunt; Peccatores recipit, & vescitur cum iis. 1 2

De parabola hominis cui centum oves.

Et hujusmodi parabolam loquutus est iis, & dixit iis; Si fuerit homo ex vobis qui habuit centum oves, & si perdita fuerit una ex iis, nónne relinquet nonaginta novem in deserto, & ibit ad deperditam, usquedum inveniat eam? Et postea quàm invenerit eam, portabit eam super humeros suos, & gaudebit: Et veniet domum suam, & vocabit amicos suos, & vicinos suos, & dicet iis; Gratulamini mihi, quia inveni ovem meam quæ deperdita fuit. Dico vobis, Ita erit gaudiũ ejus in cœlis propter unum peccatorem qui pœnitentiam egit, majus quàm propter nonaginta & novem justos, qui non indigent pœnitentiâ. Et similiter mulier si habeat decem annulos minutorũ, & perdiderit unum annulorũ, nónne accendit lucernam, & commovet omnia quæ sunt in domo, & verrit, & quærit attentè scrutando, usquequò inveniat? Et quum invenerit, vocat amicas ejus, & vicinas ejus, & dicit iis; Gratulamini mihi, quoniam inveni minutũ meum, qd deperditum fuit. Dico vobis, Similiter erit gaudiũ corã angelis Dei propter unum peccatorẽ qui pœnitentiã agit. 3 4 5 6 7 8 9 10

De filio qui peregrè profectus est in longinquã regionẽ.

Et dixit iis; Quidam homo habuit duos filios. Et dixit junior patri suo; Pater, da mihi portionẽ hæreditatis meæ quæ cõtingit mihi: & divisit ei portionẽ substãtiæ. 11 12

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

نود سه — مثل ده درم

τὴν, ἀκούσαντες (δ) ὅτι ἔρχεται ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱερουσόλυμα, Ἔλαβον τὰ 13
ramos palmarum, & exierunt in occursum ei: & clamabant, Ho-
βαΐα τῶν φοινίκων, καὶ ἐξῆλθον εἰς (ε) ὑπάντησιν αὐτῷ, καὶ (ζ) ἔκραζον, Ὡ-
sanna, benedictus veniens in nomine Domini, rex Is-
σαννά, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ὲν ὀνόματι Κυρίου, (η) ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσ-
rael. Inveniens autem Jesus asellum, sedit super eum, sicut est scri-
ραὴλ. Εὑρὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς ὀνάριον, ἐκάθισεν ἐπ' αὐτό, καθώς ἐστι γεγραμ- 14
ptum; Ne time filia Sion: ecce rex tuus venit se-
μένον, Μὴ φοβοῦ (θ) θύγατερ Σιών· ἰδοὺ ὁ (ι) βασιλεύς σου ἔρχεται καθ- 15
dens super pullum asinæ. Hæc autem non cognoverunt discipuli ejus pri-
ήμενος ἐπὶ πῶλον ὄνου. Ταῦτα δὲ οὐκ ἔγνωσαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τὸ πρῶ- 16
mùm: sed quandò glorificatus est Jesus, tunc recordati sunt quia hæc erant de
τον· ἀλλ' ὅτε ἐδοξάσθη (κ) ὁ Ἰησοῦς, τότε ἐμνήσθησαν ὅτι ταῦτα ἦν ἐπ'
eo scripta, & hæc fecerunt ei. Testabatur ergò turba
αὐτῷ γεγραμμένα, καὶ ταῦτα ἐποίησαν αὐτῷ. Ἐμαρτύρει οὖν ὁ ὄχλος ὁ 17
existens cum eo, quando Lazarum vocavit ex monumento, & suscitavit e-
ὢν μετ' αὐτοῦ, ὅτε τὸν Λάζαρον ἐφώνησεν ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ ἤγειρεν αὐ-
um ex mortuis. Propter hoc & obviàm venit ei turba, quia audivit
τὸν ἐκ νεκρῶν. Διὰ τοῦτο καὶ ὑπήντησεν αὐτῷ ὁ ὄχλος, ὅτι (λ) ἤκουσι 18
hoc eum fecisse signum.
τοῦτο αὐτὸν πεποιηκέναι τὸ σημεῖον.

MS. A. (γ) νεκρῶν ὁ Ἰησοῦς. Ἐβουλεύσαντο (δ) ὅτι Ἰησοῦς ἔρχεται εἰς (ε) ἀπάντησιν (ζ) ἔκραζον λέγοντες, (η) βασιλεὺς (θ) θυγάτηρ (ι) βασιλεὺς ἔρχε (κ) Ἰησοῦς, (λ) ἤκουσ

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

4 ܐܡܪ ܚܕ ܡܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܗܘ ܡܙܕܒܢ ܠܗ ܝܗܘܕܐ ܣܟܪܝܘܛܐ ܒܪ ܫܡܥܘܢ ܗܘ ܕܥܬܝܕ ܠܡܫܠܡ ܒܝܕܗ ܐܡܪ ܗܟܝ ܠܡܐ ܗܢܐ ܡܘܪܝܐ ܙܕ ܡܐܬ ܒܬܠܬ ܡܐܐ ܕܢܪܐ ܘܢܬܝܗܒ ܠܡܣܟܝܢܐ ܘܗܘ ܠܐ ܨܒܐ ܠܡܬܠ ܥܠ ܣܟܝܢܐ ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܓܢܒܐ ܗܘܐ ܘܡܢ ܕܡ ܕܡܫܬܕܪ ܗܘ ܢܣܒ ܠܗ ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ ܫܒܘ ܠܗ ܠܝܘܡ ܕܩܒܪܬܝ ܥܒܕ ܗܝ ܠܡܣܟܝܢܐ ܡܢ ܟܠ ܥܕܢ ܐܬܘܢ ܠܟܘܢ ܘܐܢܐ ܠܐ ܟܠ ܥܕܢ ܐܬܐ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܘܫܡܥܘ ܟܢܘܫܝܐ ܣܓܝܐ ܡܢ ܝܗܘܕ ܕܗܘ ܡܫܝܚ ܐܬܐ ܠܗ ܠܐ ܒܓܠ ܝܫܘܥ ܒܠܚܘܕܗ ܐܠܐ ܕܢܚܙܘܢ ܐܦ ܠܠܙܪ ܕܩܝܡ ܡܢ ܒܝܬ ܩܒܪܐ ܘܐܬܝ ܟܗܢܐ ܪܒܪܒܢܐ ܘܡܛܠ ܕܢܩܛܠܘܢ ܐܦ ܠܠܙܪ ܕܣܓܝܐ ܡܢ ܝܗܘܕ ܐܙܠܘ ܘܗܝܡܢܘ ܒܝܫܘܥ ܐܬܐ ܗܘ ܕܥܡ ܡܫܝܚ ܐܬܐ ܠܝܪܘܫܠܡ ܒܝܘܡ ܬܪܝܨ ܫܡܥܘ ܟܢܘܫܝܐ ܣܓܝܐ ܕܐܬܐ ܝܫܘܥ ܠܝܪܘܫܠܡ ܘܢܦܩܘ ܠܡܩܒܠ ܗܘ ܓܒܪܐ ܘܩܪܘ ܗܘܫܥܢܐ ܒܪܝܟ ܗܘ ܕܐܬܐ ܒܫܡܐ ܕܡܪܝܐ ܡܠܟܐ ܕܝܫܪܝܠ ܘܫܟܚ ܝܫܘܥ ܥܝܪܐ ܕܚܡܪ ܘܐܬܒ ܥܠܘܗܝ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ ܠܐ ܬܕܚܠ ܒܪܬ ܨܗܝܘܢ ܗܐ ܡܠܟܟ ܐܬܐ ܠܟ ܝܬܒ ܥܠ ܥܘܠܐ ܕܚܡܪ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܗܠܝܢ ܒܬܪ ܕܐܬܝܕܪ ܝܫܘܥ ܗܝܟ ܕܟܬܝܒ ܥܠܘܗܝ ܗܠܝܢ ܥܒܕܘ ܠܗ ܘܣܗܕܘ ܟܠ ܥܡܐ ܕܗܘܘ ܥܡ ܝܫܘܥ ܒܥܕܢ ܕܩܪܐ ܠܠܙܪ ܡܢ ܒܝܬ ܩܒܪܐ ܘܐܩܝܡܗ ܡܢ ܡܝܬܐ ܘܡܛܠ ܗܕܐ ܐܬܬ ܠܗ ܟܢܘܫܝܐ ܣܓܝܐ ܡܛܠ ܕܫܡܥܘ ܕܥܒܕ ܗܠܝܢ ܐܬܬ ܠܗ ܦܪܝܫܐ ܗ

Versio VULGATA LATINA.

4
5 Dixit ergò unus ex discipulis ejus, Judas Iscariotes, qui erat eum traditurus ; Quare
6 hoc unguentum non væniit trecentis denariis, & datum est egenis ? Dixit autem
hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea
7 quæ mittebantur, portabat. Dixit ergò Jesus ; Sinite illam, ut in diem sepulturæ
8 meæ servet illud. Pauperes enim semper habetis vobiscum : me autem non sem-
9 per habetis. Cognovit ergò turba multa ex Judæis quia illic est : & venerunt,
10 non propter Jesum tantùm, sed ut Lazarum viderent, quem suscitavit à mortuis.
11 Cogitaverunt autem principes sacerdotum ut & Lazarum interficerent : Quia
12 multi propter illum abibant ex Judæis, & credebant in Jesum. In crastinum au-
tem, turba multa, quæ venerat ad diem festum, cùm audissent quia venit Jesus Je-
rosolymam : Acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviàm ei, & clama- 13
bant ; Hosanna, benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Israel. Et invenit 14
Jesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est ; Noli timere, filia Sion : ecce 15
rex tuus venit sedens super pullum asinæ. Hæc non cognoverunt discipuli ejus pri- 16
mùm : sed quando glorificatus est Jesus, tunc recordati sunt, quia hæc erant scri-
pta de eo, & hæc fecerunt ei. Testimonium ergò perhibebat turba, quæ erat cum eo 17
quando Lazarum vocavit de monumento, & suscitavit eum à mortuis. Propterea 18
et obviàm venit ei turba : quia audierunt eum fecisse hoc signum.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

4 * فَقَالَ اَحَدُ تَلَامِيذِهِ اَلَّذِي هُوَ يَهُودَا اَبْنُ سِمْعَانَ اَلْاِسْخَرْيُوطِيُّ اَلَّذِي كَانَ مُزْمِعًا اَنْ يُسْلِمَهُ *
5 لِمَ لَمْ يُبَعْ هَذَا اَلْعِطْرُ بِثَلْثمِايَةِ دِينَارٍ وَيُدْفَعْ اِلَى اَلْمَسَاكِينِ * وَهَذَا قَالَهُ لَيْسَ لِاَعْتِنَايَةٍ
6 بِالْمَسَاكِينِ لَكِنَّهُ كَانَ سَارِقًا وَكَانَ اَلْكِيسُ مَعَهُ وَكَانَ يَحْمِلُ مَا يُلْقَى فِيهِ * فَقَالَ يَسُوعُ دَعْهَا
7 اِنَّمَا حَفِظَتْهُ لِيَوْمِ دَفْنِي * لِاَنَّ اَلْمَسَاكِينَ عِنْدَكُمْ كُلَّ حِينٍ وَاَنَا لَسْتُ عِنْدَكُمْ كُلَّ حِينٍ *
8 * وَعَلِمَ جَمْعٌ كَثِيرٌ مِنَ اَلْيَهُودِ اَنَّهُ هُنَاكَ فَجَاؤُا لَيْسَ مِنْ اَجْلِ يَسُوعَ فَقَطْ بَلْ وَلِيَنْظُرُوا لَعَازَرَ
9 اَيْضًا اَلَّذِي اَقَامَهُ مِنَ اَلْاَمْوَاتِ * فَاَشَارَ عُظَمَاءُ اَلْكَهَنَةِ اَنْ يَقْتُلُوا لَعَازَرَ * لِاَنَّ كَثِيرِينَ
10 11 مِنَ اَلْيَهُودِ كَانُوا مِنْ اَجْلِهِ يَذْهَبُونَ وَيُؤْمِنُونَ بِيَسُوعَ * اَلْغَدُ اَلْجَمْعُ اَلْكَثِيرُ اَلَّذِينَ جَاؤُا اِلَى اَلْعِيدِ * وَمِنَ
12 اَلْعِيدِ سَمِعَ اَلْجَمْعُ اَلْكَثِيرُ اَلَّذِينَ جَاؤُا اِلَى اَلْعِيدِ بِاَنَّ يَسُوعَ يَاْتِي اِلَى يُورُشَلِيمَ * فَاَخَذُوا سَعَفَ
13 اَلنَّخْلِ وَخَرَجُوا لِلِقَايِهِ وَكَانُوا يَصْرُخُونَ قَائِلِينَ هُوشَعْنَا مُبَارَكٌ اَلَّاتِي بِاَسْمِ اَلرَّبِّ مَلِكُ اِسْرَائِيلَ *
14 * وَاِنَّ يَسُوعَ وَجَدَ حِمَارًا فَرَكِبَهُ كَمَا هُوَ مَكْتُوبٌ * لَا تَخَافِي اِبْنَةَ صَهْيُونَ هُوَذَا مَلِكُكِ يَاْتِيكِ
15 رَاكِبًا عَلَى جَحْشِ بْنِ اَتَانٍ * وَلَمْ يَكُنْ تَلَامِيذُهُ عَرَفُوا هَذِهِ اَلْاَشْيَاءَ اَوَّلًا لَكِنْ لَمَّا تَمَجَّدَ
16 يَسُوعُ حِينَئِذٍ تَذَكَّرُوا اَنَّ هَذَا مَكْتُوبٌ مِنْ اَجْلِهِ وَهَذِهِ فَعَلُوهَا لَهُ * وَكَانَ اَلْجَمْعُ اَلَّذِي
17 مَعَهُ يَشْهَدُ لَهُ اَنَّهُ دَعَا لَعَازَرَ مِنَ اَلْقَبْرِ وَاَقَامَهُ مِنَ اَلْاَمْوَاتِ * وَمِنْ اَجْلِ هَذَا خَرَجَ لِلِقَايِهِ
18 جُمُوعٌ لِاَنَّهُمْ سَمِعُوا اَنَّهُ عَمِلَ هَذِهِ اَلْاٰيَةَ *

Dixit autem unus ex discipulis ejus, nempe Judas filius Simonis Iscariotes, qui erat futurus ut tradevet eum ; 4
Quare non væniit hoc aroma trecentis denariis, & datum est pauperibus ? Et quidem hoc dixit, non ob curam ejus 5 6
in pauperes, sed erat fur, & marsupium secum habebat, gestabatque quod injiciebatur in illud. Inquit Jesus ; Si- 7
ne illam, nam servavit illud in diem sepulturæ meæ. Quia pauperes sunt 8
apud vos omni tempore, ego autem non sum apud vos omni tempore. Et cog- 9
novit turba magna ex Judæis quòd ipse esset ibi : & venerunt, non propter Jesum tantùm, verùm ut viderent Lazarum etiam quem suscitaverat à mortuis. Quare consultaverunt summi sa- 10
cerdotum ut interficerent Lazarum. Quia multi ex Judæis propter illum 11
abibant & credebant in Jesum.

Sectio vigesima octava.

Et postridie audivit populus magnus, qui 12
venerant ad diem festum, quòd Jesus veniret in Jerusalem : Quare accepe- 13
runt ramos palmarum, & exierunt in occursum ejus, & exclamabant, dicentes ; Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israelis. Et quidem 14
Jesus invenerat asellum, & conscenderat illum, prout est scriptum ; Ne time- 15
as filia Sion : nam ecce Rex tuus veniet ad te, sedens super pullum filium asinæ. Et discipuli ejus non noverant has res 16
anteà, sed quando glorificatus fuit Jesus, tunc recordati sunt quòd hoc scriptum esset de eo, & hæc fecissent ei. Cœtus autem qui erat cum eo, testabatur 17
ei quòd ipse vocâsset Lazarum è monumento, & suscitâsset eum à mortuis. Et propterea exierunt in occursum ejus turbæ, quoniam audierant eum fecisse hoc 18
signum.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

በእንተ : ዘከመ : ይቤ : ይሁደ ::=

4 ወይቤ፡ይሁደ፡እሰቆሮታዊ፡ለሐዱ፡እመአርደሊሁ፡ዘሃለው፡ያግብኦ ::=ለመንት፡ኢ
5 ይሢጥው፡ለዝ፡ዕፍረት፡በዛለሰቱ፡መአት፡ደናር ፡ወይሃብው፡ለእደይ ::=ወዘይቤ፡
6 ከመ፣ዝ፡ለከ፡በማሒረ፡ነደይ፡እሰመ፡ሰራቂ፡ውእቱ፡ወለቢሁ፡ይጓቅብ፡ወርቀ፡መባእ፡ወ
7 ለስከረንሂ፡ኀቡሁ፡ይነብር፡ዘንተ፡ዘይቤ፡ወይነሥእ፡እመ፡ውስቴቱ ::= ወይቤሎ፡
8 እግዚእ፡ኢየሱስ፡ሳድግኖ፡ትዕቀቦ፡ለዕለተ፡ቀበርየ ::= ወነደያንሰ፡ ዘልፈ፡ ሃለው፡መ
9 ስሌክሙ፡ወኪያየስ፡ለ ኮ፡ዘልፈ፡በኵሉ፡ጊዜ፡ዘትረክቡኒ ::= ወብዙኀን፡እመኢየሁ
ድ፡እለ፡ለእመሬ፡ከመ፡ሃሎ፡ህየ፡ ወሖሩ፡ኀቡሁ :: ወለኮ፡ በእንተ፡ እግዚእ፡ ኢየሱስ፡
10 በሕቲቱ፡ዘሖሩ፡ደእሙ፡ለልዓዛርሂኒ፡ከመ፡ይርአዩ፡ዘለእለዶ፡እግዚእ፡ኢየሱስ፡እመ
11 ኔ፡ሙታን ::= ወተማከሩ፡ሊቃነ፡ካህናት፡ከመ፡ይቅትልዎ፡ለእሳዓዛር ::= እስመ፡ብ
12 ዙኀን፡እሙንቱ፡ኢይሁድ፡ይሐውሩ፡በእንቲአሁ፡ ወየኣምኑ፡በእግዚእ፡ኢየሱስ ::=
በእንተ፡ ዕዋል ::= ወበሰኒታ፡ብዙኀን፡ለሕዛብ፡እለ፡መጽሉ፡ለበዓል፡ወሰሚዖ
13 ሙ፡ከመ፡ይመጽእ፡እግዚእ፡ኢየሱስ፡ኢየሩሰሌም ::= ነሥኡ፡ጸበርተ፡ተመርት፡ ወ
በቀልተ፡ እመ፣ኢየሩሰሌም፡ ወተቀበልዎ፡ ወይጸርኑ፡ ወይኬልሑ፡ ወይብሉ፡ ሆሰዕና፡ቡ
14 ሩክ፡ዘይመጽእ፡በስመ፡እግዝኣብሔር ::ወንጉሠ፡ኢስራኤል ::= ወረከበ፡እግዚ
15 እ፡ኢየሱስ፡ዕዋለ፡እድገ፡ወተጽዕነ፡ላዕሌሃ፡በከመ፡ጽሑፍ፡ዘይብል ::= ኢትፍርሂ፡
16 ወለተ፡ጽዮን፡ነዋ፡ንጉሠኪ፡ይመጽእ፡ወይጼዓን፡ደቤ፡ዕዋለ፡እድግ ::= ወኢያእመሩ፡
እርደሊሁ፡ሶቤሃ፡ይእተ፡ለሚረ፡ ዘእንበለ፡ ለመ፡ተሰብሐ፡ እግዚእ፡ ኢየሱስ፡ለጫሃ፡
17 ተዘከሩ፡ከመ፡ጽሑፍ፡በእንቲአሁ፡ዝንቱ :: ወከመዝ፡ገብሩ፡ሎቱ ::= ወሰማዕተ፡ኮ
ንው፡ሕዝብ፡እለ፡ሃለው፡ ኀቤሁ፡ለመ፡ጸውዖ፡ ለእልዓዛር፡ እመነ፡መቃብር፡ ወለእንለ
18 ለ ፡እመኒ ፡ መውታን ::= ወበእንተ ፡ ዝንቱ ፡ ተቀበልዎ ፡ እመኒቱ ፡ ሕብእ ፡ ሰሚ
ዖው ፡ ዘገብረ ፡ ተአመረ ::==

De eo quod dixit Judas.

Et dixit Judas Iscariotes unus ex discipulis ejus qui proditurus erat eum, 4
Quare non vendunt hoc unguentum trecentis denariis, & tribuunt illud paupe- 5
ribus? Et quòd dixit ita, non *fuit* miserendo pauperum, quia fur erat ; sed ipse 6
custodiebat pecuniam oblationis, & marsupium apud eum manebat : (hoc in cau-
sa fuit quòd dixit :) & accipiebat ex illo. Et dixit iis Dominus Jesus ; Sinite 7
eam, *ut* servet illud in diem sepulturæ meæ. Et pauperes semper præsentes sunt 8
vobiscum, & me, non semper in omni tempore erit quòd invenietis me. Et 9
multi ex Judæis *erant* qui cognoverunt quòd fuit ibi, & venerunt ad eum : sed
non propter Dñm Jesum tantùm fuit quòd venerunt, sed Eleazarum etiam ut vi-
derent, quem suscitâsset Dominus Jesus ex mortuis. Et consultârunt principes 10
sacerdotum ut trucidarent Eleazarum. Quia multi ex Judæis abibant propter 11
eum, & credebant in Domino Jesu.

De pullo asini.

Et postero die multi populi *fuerunt* qui venerunt ad festum : & audientes quòd 12
veniret Dominus Jesus Hierosolymam, Acceperunt ramos palmarum, & sur- 13
culos *palmarum* ab Hierusalem, & occurrerunt ei, & clamabant, & vociferaban-
tur, & dicebant ; Hosana, benedictus qui venit in nomine Dei, & rex Israel.
Et invenit Dominus Jesus pullum asini, & sedit super eum, sicut scriptum est, di- 14
cens ; Ne timeas filia Sion, Ecce Rex tuus venit, & sedit super pullum asini. 15
Et non cognoscebant discipuli ejus tunc isto die : sed quum glorificatus esset Do- 16
minus Jesus, tunc recordati sunt, quòd scriptum erat de illo hoc, & quòd hoc fe-
cissent ei. Et testimonio fuerunt ei populi qui erant apud eum, quando voca- 17
vit Eleazarum è sepulchro, & suscitavit eum à mortuis. Et propterea obviàm 18
venerunt ei illi homines, audientes quòd fecisset signum.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

13 * شاخهاء † زيتونرا ستدند، واستقبال اوبدرفتند، وبانك مي زدند، وسي كفتند نجسته است انك
14 بنام خدا مي آيد * ملك اسراييل، * وعيسي يافت خروبروي † نشست انچنانك نبشته شد نبوت
15 * اي دختر صهيون * مترس * اينك ملك تو † در تو مي آيد * بر نشسته بر خر آتان بچه *
16 * وشاكردان او دران روزكار اورا نه انستند، ليكن چون عيسي ستوده شد، شاكردان اوبياد †
17 اوردند، كه اينها براي او نبشته شدند * واينها براي او كردند * * وجماعت كه با وي بودند *
18 كواهي دادند، كه عازررا بانك زد * وازميان مردكان † برخيزانيد * * وبهر اين جماعت بسيار
باستقبال اوبدرفتند، كه شنيده بودند كه اين ايت را كرد *

Ramos itaque *olivarum* tulerunt, 13
& *in occursum ei egressi sunt* : & clamabant, ac dicebant ; Benedictus est ille qui in nomine Dei venit, Rex Israel. Jesus autem invenit asi- 14
num, & ei insedit, quemadmodum scriptum est ;

Prophetia.

O filia Sion, ne timeas : ecce, Rex 15
tuus in te venit insidens asino asinæ pullo. Discipuli autem ejus eo tem- 16
pore illud non cognoverunt, sed cùm Jesus glorificatus esset, discipuli ejus in memoriam revocarunt, quòd hæc de eo scripta essent, & hæc ei fecissent. Et turba, qui cum eo erant, 17
testimonium dederunt, quod Lazarum inclamâsset, & de mortuis excitâsset. Et propter hoc turba multa 18
in occursum ejus exierunt, quia audiverant quòd hoc signum fecisset.

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ. ΚΕΦ. ΙΕ'.

Ergò Pharisæi dixerunt ad semetipsos; Videtis quia *non proficitis* nihil? ecce
19 Οἱ οὖν Φαρισαῖοι εἶπον πρὸς ἑαυτούς, Θεωρεῖτε ὅτι οὐκ ὠφελεῖτε οὐδέν; ἴδε
mundus post eum abiit. Erant autem quidam *Græci* ex *ascenden-*
20 ὁ κόσμος ὀπίσω αὐτοῦ ἀπῆλθεν. Ἦσαν δέ τινες Ἕλληνες ἐκ τῶν ἀναβαι- ΙΕ'
tibus, ut adorarent in die festo. Hi ergò accesserunt *Philippo illi*
21 νόντων, ἵνα προσκυνήσωσιν ἐν τῇ ἑορτῇ. Οὗτοι οὖν προσῆλθον Φιλίππῳ τῷ
à Bethsaida Galilææ: & rogabant eum, dicentes; Domine, volumus Je-
ἀπὸ Βηθσαϊδὰ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἠρώτων αὐτὸν, λέγοντες, Κύριε, θέλομεν τὸν Ἰη-
sum videre. Venit Philippus, & dicit Andreæ: & rursùm An-
22 σοῦν ἰδεῖν. Ἔρχεται Φίλιππος καὶ λέγει τῷ (μ) Ἀνδρέᾳ· καὶ πάλιν Ἀν-
dreas & Philippus *dicunt* Jesu. At Jesus respondit eis,
23 δρέας καὶ Φίλιππος λέγουσι τῷ Ἰησοῦ. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίνατο αὐτοῖς,
dicens; Venit hora ut *glorificetur* Filius hominis. Amen, amen dico
24 λέγων, Ἐλήλυθεν ἡ ὥρα ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω
vobis; *Si non* granum frumenti cadens in terram mortuũ fuerit, ipsum solum ma-
ὑμῖν, Ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μέ-
net: si autẽ mortuũ fuerit, multũ fructum affert. *Amans* animam suam, perdet eam:
25 νει· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, πολὺν καρπὸν φέρει. Ὁ φιλῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει αὐτήν· &
& odio habens animã suam in mundo hoc, in vitam æternam custodiet eam. Si
26 καὶ ὁ μισῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, εἰς ζωὴν αἰώνιον φυλάξει αὐτήν. Ἐὰν
mihi ministrat quis, me sequatur: & ubi sum ego, illic & minister meus erit:
(ν)ἐμοί διακονῇ τις, ἐμοὶ ἀκολουθείτω· καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται·
ὁ si quis mihi ministraverit, honorificabit eũ Pater. Nunc anima mea turbata est:
ρξ καὶ ἐάν τις ἐμοὶ διακονῇ, τιμήσει αὐτὸν ὁ πατήρ. Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται· 27
ζ — & quid dicam? Pater, salvifica me ex hora hac: Sed propter *hoc* veni in horam
ξη καὶ τί εἴπω; Πάτερ, σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἦλθον εἰς τὴν ὥραν
ε hanc. Pater, *glorifica* tuum nomen. Venit ergò vox de cœlo; Et *glori-*
ταύτην. Πάτερ, δόξασόν σου τὸ ὄνομα. ἦλθεν οὖν φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, Καὶ ἐδό- 28
ficavi, & iterum *glorificabo*. Ergò turba *stans* & *audiens*, dicebat tonitruũ esse fa-
ξασα, καὶ πάλιν δοξάσω. Ὁ οὖν ὄχλος ὁ (ξ) ἑστὼς καὶ ἀκούσας, ἔλεγε βεβροντῆν γεγονέ- 29
ctum: alii dicebant; Angelus ei locutus est. Respondit Jesus, & dixit; Non
ναι· ἄλλοι ἔλεγον, Ἄγγελος αὐτῷ λελάληκεν. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν, Οὐ 30
propter me hæc vox *facta* est, sed propter vos. Nunc judicium est mun-
δι' ἐμὲ (ο) αὕτη ἡ φωνὴ γέγονεν, ἀλλὰ δι' ὑμᾶς. Νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κό- 31
di *hujus*: nunc princeps mundi hujus ejicietur forás. Et ego si exaltatus
σμου τούτου· νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω. Κἀγὼ ἐὰν ὑψω- 32
fuero à terra, *omnes* traham ad meipsum. (Hoc autem dicebat, significans
θῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. (Τοῦτο δὲ ἔλεγε, σημαίνων 33
quâ morte *futurum* esset *mori.*) Respondit ei turba; Nos
ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν.) Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ ὄχλος, Ἡμεῖς 34
audivimus ex lege, Quia Christus manet in æternum: & quomodò tu dicis;
ἠκούσαμεν ἐκ τοῦ νόμου, Ὅτι ὁ Χριστὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ πῶς σὺ λέγεις,
Quòd oportet exaltari Filium hominis? Quis est iste Filius hominis?
Ὅτι δεῖ ὑψωθῆναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; τίς ἐστιν οὗτος ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου;

MS. A. (μ) Ἀνδρέᾳ· ἔρχεται Ἀνδρέας καὶ Φίλιππος, καὶ λέγουσιν (ν) ἐμοί τις διακονῇ, (ξ) ἑστηκὼς (ο) ἡ φωνὴ αὕτη

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA.*

Pharisæi verò dicebant alius ad alium: Videtis vos nihil proficere? ecce enim totus mundus post eum abiit. Erant autem & quidam ex Gentibus, qui ascenderant ut adorarent in festo. Isti quum venissent, accesserunt ad Philippum illum qui erat à Beth-Sajoda (*domo piscatoris*) Galilææ, & rogârunt eum, ac dicunt ei; Domine mi, vellemus videre Jesum. Venit autem ipse Philippus, & dixit Andreæ: Andreas verò & Philippus dixerunt Jesu.

Matutinis II. feriæ hebdomadis Passionis. 32.

Porrò Jesus respondit & dixit eis; Venit hora quâ glorificetur Filius hominis. Amen amen dico vobis, Nisi granum frumenti ceciderit, & mortuum fuerit in terra, ipsum solum manet: sin autem mortuum fuerit, fructus multos adfert. Qui amat animam suam, perdet eam: qui verò odit animam suam in hoc mundo, conservabit eam in vitam æternam. Si quis mihi ministrat, post me veniat: & ubi ego fuero, illic erit etiam minister meus: qui mihi ministraverit, honorabit eum Pater. Nunc anima mea ecce turbata est: & quid dicam? Pater mi, libera me ab hac hora: sed propterea veni in hanc horam. Pater, glorifica nomen tuum. Et vox audita est è cœlo, Glorificavi, & iterum glorificaturus sum. Turba autem quæ adstabat, audiit, & dixit tonitru esse factum. Alii autem dicunt; Angelus collocutus est ei. Respondit Jesus, & dixit eis; Non propter me extitit hæc vox, sed propter vos. Nunc judicium est mundi hujus, nunc princeps hujus mundi ejicitur forás. Et ego quum sublatus fuero è terra, traham omnes ad me. Hoc autem dixit ut indicaret quâ morte moriturus esset. Dicunt ei turbæ; Nos audivimus ex Lege Messiam in æternum permansurum: quomodo dicis fore ut tollatur Filius hominis? quis est iste Filius hominis?

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA.*



Pharisæi autem unus ad alium dicebant; Videtis quòd vos nihil valetis: ecce omnis populus post eum eunt. Erant autem quidam qui ascenderant ut in festo adorarent: Illi ad Philippum venerunt, qui de Bethsaida Galilææ erat, & ab eo rogârunt, & dixerunt; Domine, cupimus ut Jesum videamus. Philippus venit, & Andreæ dixit: & Andreas & Philippus Jesu dixerunt. Jesus illis responsum dedit, & dixit; Venit hora, quâ Filius hominis glorificetur. Verè, verè vobis dico, quòd si granum frumenti in terram non ceciderit, & mortuum fuerit, solum manebit: si verò moriatur, multum fructum profert. Quicunque animam suam charam habet, in ipso est quòd animam suam perdit: & quicunque in hoc mundo animam suam odio habet, in vitam æternam eam servabit. Siquis mihi ministrat, post me veniat; & ubicunque ego fuero, minister meus etiam ibi erit: quicunque autem mihi servierit, Pater meus eum honore afficiet. Ecce anima mea hâc horâ turbata est: quid dicam? O Pater, me hâc horâ serva: sed propter hoc veni. Atque etiam, ô Pater, nomen tuum glorifica. Et vocem è cœlo audiverunt; Jam quidem glorificatum est, & rursus glorificabo.

Versio VULGATA LATINA.

19 Pharisæi ergò dixerunt ad semetipsos; Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abiit. 20 Erant autem quidam Gentiles, ex his qui ascenderant ut adorarent in die festo. 21 Hi ergò accesserunt ad Philippum, qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes; Domine, volumus Jesum videre. 22 Venit Philippus, & dicit Andreæ: Andreas rursum & Philippus dixerunt Jesu. 23 Jesus autem respondit eis, dicens; Venit hora, ut clarificetur Filius hominis. 24 Amen, amen dico vobis; Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, Ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. 25 Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. 26 Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus. 27 Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, salvifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. 28 Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergò vox de cœlo; Et clarificavi, & iterùm clarificabo. 29 Turba ergò, quæ stabat, & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alii dicebant; Angelus ei locutus est. 30 Respondit Jesus, & dixit; Non propter me hæc vox venit, sed propter vos. 31 Nunc judicium est mundi: nunc princeps hujus mundi ejicietur forás. 32 Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. 33 (Hoc autem dicebat, significans quâ morte esset moriturus.) 34 Respondit ei turba; Nos audivimus ex lege, Quia Christus manet in æternum: & quomodò tu dicis, Oportet exaltari Filium hominis? Quis est iste Filius hominis?

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA.*

19 * فقال بعض الفريسيين لبعض اراءيتم انا لم ننفع بشي هوذا العالم كله قد تبعه *
Porrò dixerunt quidam Pharisæorum ad alios; Vidistisne quòd non profecerimus quicquam? ecce mundus totus jam secutus est eum.

الفصل التاسع والعشرون *

Sectio vigesima nona.

20 وكان هناك قوم من اليونانيين من الذين صعدوا في
Erant autem ibi quidam ex Græcis, ex his nimirum qui ascenderant in die festo ut adorarent.

21 العيد ليسجدوا * هولاء جاوا الى فيلبس الذي من اهل بيت صيدا الجليل وسالوه قايلين
Hi venerunt ad Philippum qui erat è civibus Bethsaidæ Galilææ, & rogaverunt eum, dicentes;

22 يا سيد نريد ان نري يسوع * فجاء فيلبس وقال لاندراوس * ثم جاء اندراوس وفيلبس ايضا
Domine, volumus videre Jesum. Itaque venit Philippus, & dixit Andreæ; tum venerunt Philippus & Andreas quoque, & ambo dixerunt Jesu.

23 فقالا ليسوع * اجابهما يسوع قايلا قد اتت الساعة التي يمجد فيها ابن الانسان *
Respondit eis Jesus, dicens; Jam venit hora in qua glorificandus est Filius hominis.

24 امين امين اقول لكم ان حبة الحنطة ان لم تقع في الارض وتمت بقيت وحدها * وان هي ماتت اتت
Amen amen dico vobis, quòd granum frumenti, si non ceciderit in terram & mortuum fuerit, manet solum: at si fuerit mortuum, affert fructus multos.

25 بثمار كثيرة * من احب نفسه فليهلكها ومن ابغض نفسه في هذا العالم فانه يحفظها لحياة
Qui amat animam suam, perdat eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, is custodit eam in vitam æternam.

الابد * ان كان احد يخدمني فليتبعني وحيث اكون انا فهناك يكون خادمي * ومن
26 يخدمني يكرمه ابي * الان نفسي مضطربة وماذا اقول * يا ابتي نجني من هذه الساعة * لكن لاجل
27 هذه الساعة اتيت * يا ابتي مجد ابنك * جاء صوت من السماء قايلا قد مجدت وايضا امجد *
28 فسمع الجمع الذي كان واقفا فقالوا انما كان رعدا * وقال اخرون بل خاطبه ملك * فاجاب
29 30 يسوع قايلا ليس من اجلي كان هذا الصوت لكن من اجلكم * قد حضر دينونة هذا العالم *
31 الان يلقى رييس هذا العالم الى خارج * وانا ايضا اذا ارتفعت من الارض جذبت الي كل احد *
32 33 * وانما قال هذا ليخبر باي ميتة يموت * فاجابه الجمع قايلا نحن سمعنا
34 من الناموس ان المسيح يدوم الى الابد فكيف تقول انت انه يرتفع بن الانسان * من هو هذا ابن الانسان *
Porrò dixerunt quidam Pharisæorum ad alios; Vidistisne quòd non profecerimus quicquam? ecce mundus totus jam secutus est eum.

Erant autem ibi quidam ex Græcis, ex his nimirum qui ascenderant in die festo ut adorarent. Hi venerunt ad Philippum qui erat è civibus Bethsaidæ Galilææ, & rogaverunt eum, dicentes; Domine, volumus videre Jesum. Itaque venit Philippus, & dixit Andreæ; tum venerunt Philippus & Andreas quoque, & ambo dixerunt Jesu. Respondit eis Jesus, dicens; Jam venit hora in qua glorificandus est Filius hominis. Amen amen dico vobis, quòd granum frumenti, si non ceciderit in terram & mortuum fuerit, manet solum: at si fuerit mortuum, affert fructus multos. Qui amat animam suam, perdat eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, is custodit eam in vitam æternam. Si quis ministrat mihi, adhæreat mihi: & ubi sum ego, ibi sit minister meus: Et eum qui ministraverit mihi, honorificabit Pater meus. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? O Pater mi, libera me ab hac hora: verùm propter hanc horam veni. O Pater mi, glorifica Filium tuum. Venit vox è cœlo, dicens; Jam glorificavi, & adhuc glorificabo. Audivit autem turba quæ adstabat, & dixerunt; Sanè factum est tonitruum. Et dixerunt alii; Immò locutus est ei Angelus. Respondit Jesus, dicens; Non propter me facta est hæc vox, sed propter vos. Jam præsens est judicium hujus mundi, nunc ejicietur princeps hujus mundi forás. Et ego quoque quum sublatus fuero è terra; traham ad me unumquemque. Et verò dixit hoc, ut indicaret quo genere mortis esset moriturus. Respondit ei turba, dicens; Nos audivimus in lege, quòd Christus durabit in æternum: quomodo ergò dicis tu tollendum esse Filium hominis? Quis est hic Filius hominis?

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA.*

19 ወይቤሉ : ፈሪሳዊያን : በቤናቲሆሙ : ትረእዩ: ከመ:ኢለቦ: ዘትበቍዑ : ወሊመንት
20 እ:ናሁ:ኵሉ:ዓለመ:ተለመ:ድኅሬሁ::=> በእንተ:አለ:መጽሉ:ለረጪ::=>
21 ወቦ:እመውስቴቶሙ:ለረጪይእ:አመሰብለ:ፀርዕ:ዓርጉ: ይሰግዱ: ለበዓል::ሥ ወሐ
ሩ:እሙንቱ:ኀቡ:ፊልጶስ:ዘቤተ:ሰይዳ:ዘገሊላ:ወይቤልዎ:እግዚእ: ንፈቅድ:ንርእዮ:
22 ለእግዚእ:ሊያሱስ::=> ወሖረ:ፊልጶስ: ወነገሮ:ለእንድርያስ:: ወሖሩ: እንድርያስ:
23 ወፊልጶስ: ወነገርዎ:ሳእግዚእ:ሊያሱስ::=> ወላውሠእ:እግዚእ:ሊያሱስ:ወይቤ:በ
24 ጽሐ:ጊዜሁ:ከመ:ይስባሕ: ወልደ:እጓለ:እመ:ሕያው::=> ላሜን:ላሜን:እብለክ
ሙ:እመ:ሊወደቀት:ሕበ:ተ:ስርናይ: ውስተ: ምድር: ወሊሞተት: ባሕቲታ:ትነብር::
25 ወእመሰ:ሞተት:ብዙኅ:ፍሬ:ትፈሪ::=> ወዘስ:ዘያፈቅራ: ለነፍሱ:ለይግድፋ:ወዘሰ:
26 ጸልእ:ለነፍሱ:በዝንቱ:ዓለመ:ይዓቅባ:ለሕይወት:ዘለዓለመ::=> ወእመቦ:ዘይተል
ወኒ: ወይትለእከኒ:ወይትልወኒ:ኪያየ:ወኀበ:ሃለውኩ: ላኒ: ህየ:ይሄሉ:ዘይትለእከኒ::
27 ወዘሊተ:ተልእከኒ:ያከብሮ:ለአብ::=> ወይለዘስ: ተሣሠጠት: ነፍስየ:ወመንት:እ
ብል:ለባ:ለድኅኖ:ለነፍስየ:እመዛቲ:ሰዓት:ወባሕቱ:በእንተዝ: በጸሕኩዋ:ለዘቲ:ሰዐ
28 ት::=> ለባ:ሰብሐ:ለስምከ: ወለወልድከ::ወመጽለ:ቃል:እመሰማይ:ዘይብል:ሰበሕኩ
29 ሂ:ወዓደ:እሴብሕ::=> ወሕዝብሰ: እለ:ይቀውሙ:ይሰሙ: ወይብሉ:ነጐድጓድ:
30 ውእቱ:: ወቦ:እለ: ይቤሉ: መልኣክ: ተናገሮ::=> ወለውሠእ:እግዚእ:ሊያሱስ:ወ
31 ይቤሎሙ:ለኮ: በእንቲአየ: ዘመጽለ: ዝቃል:ለባ: በእንቲ: ለክሙ::=> ናሁ:በጽሐ:
ይእዜ:ወኵነኔሁ:ለዝንቱ:ዓለመ::ወእመ:ይለዘሰ:ይሰደድ:መልእኮ:ዝንቱ:ዓለመ:
32 ወያወፅእሙ:ለፈለ::=> ወለነሂ:እመኰ:ተለዓልኩ:እመድር:እስኡብ:ኵሉ:ኀቤ
33 የ::=> ወዚይቤ: ከመዝ:እስመ:ይሌመርሙ: በለይ: ሞት:ሃለወ: ይሙት::=> ወእ
34 ውሠእሙ:ሕዝብ:ወይቤልዎ: ንሕነሰ: ሰማዕነ: በውስተ: ሶሪት: ከመ:ለዓለም: ይነብ
ር : ክርስቶስ:ወለሮ:ለንስ: ትብሎኑ: ሃለው: ይትሌዓል: ወልደ: እጓለ:እመ:ሕያው::
ወመኑ:ውእቱ:ዝንቱ: ወልደ:እጓለ: እመ:ሕያው::=>
Et dixerunt Pharisæi inter se, Videtísne quòd nihil est *in* quo proficitis omnino? Ecce totus mundus sequitur eum. *De Gentibus quæ advenerunt.* Et fuerunt ex illis, gentes ex hominibus Græciæ, *quæ* ascenderunt, ut adorarent, ad festum. Et venerunt illi ad Philippum Bethsaidæ Galilææ & dixerunt ei; Domine, volumus videre Dominum Jesum. Et venit Philippus, & dixit Andreæ: & venerunt Andreas & Philippus, & dixerunt Domino Jesu. Et respondit Dominus Jesus, & dixit; Venit tempus ut glorificetur Filius hominis. Amen, amen dico vobis, Si non ceciderit granum frumenti in terram, & non mortuum fuerit, solum manet: & si mortuum fuerit, multum fructum feret. Et qui diligit animam suam, perdat eam: & qui odio habuit animam suam in hoc mundo, servabit eam in vitam æternam. Et si quis fuerit qui sequetur me, & ministret mihi & sequatur me, me *inquam*: & ubi fui ego, ibi erit qui ministrabit mihi: & qui ministravit mihi, honorabit Patrem. Et nunc turbata est anima mea: & quid dicam? Pater, serva animam meam ab hâc horâ, sed propter hoc veni ad hanc horam. Pater glorifica nomen tuum, & Filium tuum: & venit vox à cœlo dicens; Glorificavi, & adhuc glorificabo. Et populi qui adstabant, audiebant, & dicebant; Tonitru est: & fuerunt qui dicebant, Angelus loquutus est ei. Et respondit Dominus Jesus, & dixit iis; Non propter me *fuit* quòd venit hæc vox, sed propter vos. Ecce, venit nunc etiam judicium hujus mundi, & ex nunc persequetur princeps hujus mundi: & ejicient eum forás. Et ego si sublatus fuero à terra, traham omnes ad me. Et quòd dixit ita, *in causa fuit* quia significaret iis per quam mortem esset moriturus. Et responderunt populi, & dixerunt ei; Nos audivimus in lege, quòd in æternum manebit Christus: & quomodo igitur dicis nobis; Oportet ut exaltetur Filius hominis? & quis hic Filius hominis?

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA.*

29 * وجماعت كه ايستاده بودند * شنيدند * وگفتند رعدست * ديگران گفتند * فرشته است
Et turba, qui astabant, audiverunt, & dicebant; Tonitru est. Alii dicebant; Angelus est, qui cum eo loquitur.

30 با وي سخن مي كويد * عيسي بديشان جواب داد وگفت * كه اين اواز براي من نشد *
Jesus illis respondit, & dixit; Hæc quidem vox non propter me facta est, sed propter vos.

31 الا براي شما * اين ساعت داوري اين عالم * وهم اين ساعت † سروري اين عالم بيرون انداخته
Hâc horâ judicium est hujus mundi; hâc etiam horâ princeps hujus mundi ejicitur.

32 سود * * ومن چون از زمين برداشته شوم * دوستان خودرا پيش خود كشم * *
Et ego cùm à terra sublatus fuero, amices meos ad me trahaam.

33 اين را گفت
Hoc dixit, ut ostenderet quâ morte vellet mori.

34 تا بنمايد كه دركدامين † مرك خواهد مردن * * جماعت بدو گفتند * ما از ناموس شنيديم *
Turba ei dixerunt; Nos ex lege audivimus, quòd Christus in perpetuum & æternum manebit: tu igitur quomodo dicis Filium hominis sublatum iri? Quis est iste Filius hominis?

كه مسيح تا ابد جاويد بماند * وتو چگونه مي كوئي كه فرزند ادمي برداشته † خواهد
شدن * كيست اين فرزند آدمي *

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ.

Dixit ergò eis Jesus; Adhuc modicum *tempus*, lumen *cum* vobis est. Am-
35 Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἔτι μικρὸν χρόνον τὸ φῶς μεθ' ὑμῶν ἐστι. περι-
bulate, dum lucem habetis, ut non tenebræ vos comprehendant: & am-
πατεῖτε, (π) ἕως τὸ φῶς ἔχετε, ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς (ρ) καταλάβῃ· καὶ ὁ περι-
bulans in tenebris, nescit quò vadat. Dum lucem habetis, credite in
36 πατῶν ἐν τῇ σκοτίᾳ, οὐκ οἶδε ποῦ ὑπάγει. (σ) Ἕως τὸ φῶς ἔχετε, πιστεύετε εἰς
lucem, ut filii lucis *fiatis*. Hæc locutus est Jesus, & *abiens* abscondit se
τὸ φῶς, ἵνα υἱοὶ φωτὸς γένησθε. ταῦτα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἀπελθὼν ἐκρύβη
ab eis. *Tot autem eo* signa *faciente* coram eis, non cre-
37 ἀπ' αὐτῶν. Τοσαῦτα δὲ αὐτοῦ σημεῖα πεποιηκότος ἔμπροσθεν αὐτῶν, οὐκ ἐπί-
debant in eum: Ut sermo Esaiæ Prophetæ impleretur, quem dixit; Do-
38 στευον εἰς αὐτόν· Ἵνα ὁ λόγος Ἡσαΐου τοῦ προφήτου πληρωθῇ, ὃν εἶπε, Κύ-
mine, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui revelatum est?
ριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη;
Propter hoc non poterant credere, quia iterum dixit Esaias; Excæcavit eo-
39 Διὰ τοῦτο οὐκ ἠδύναντο πιστεύειν, ὅτι πάλιν εἶπεν Ἡσαΐας, Τετύφλωκεν αὐ-
40 rum oculos, & induravit eorum cor: ut non videant o-
τῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ (τ) πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν, ἵνα μὴ ἴδωσι τοῖς ὀ-
culis, & intelligant corde, & convertantur, & sanem eos. Hæc
41 φθαλμοῖς, καὶ νοήσωσι τῇ καρδίᾳ, καὶ ὀπτραφῶσι, καὶ (υ) ἰάσωμαι αὐτούς. Ταῦτα
dixit Esaias, quando vidit gloriam ejus, & locutus est de eo. Verun-
42 εἶπεν Ἡσαΐας, (φ) ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ. Ὅμως
tamen & ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter Pharisæos
μέντοι καὶ ἐκ τῶν ἀρχόντων πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν· ἀλλὰ διὰ τοὺς Φαρισαίους
non confitebantur, ut non *extra synagogam fierent*. Dilexerunt enim gloriam
οὐχ ὡμολόγουν, ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται. Ἠγάπησαν γὰρ τὴν δόξαν τῶν 43
hominum magis quàm gloriam Dei. Jesus autem clamavit, & dixit;
ἀνθρώπων μᾶλλον ἤπερ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ. Ἰησοῦς δὲ ἔκραξε, καὶ εἶπεν, Ὁ 44
Credens in me, non credit in me, sed in *mittentem* me. Et *videns*
πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ πιστεύει εἰς ἐμὲ, ἀλλ' εἰς τὸν πέμψαντά με. Καὶ ὁ θεωρῶν 45
me, *videt mittentem* me. Ego lux in mundum veni, ut
ἐμὲ, θεωρεῖ τὸν πέμψαντά με. Ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα, ἵνα 46
omnis *credens* in me, in tenebris non maneat. Et si quis mea au-
πᾶς ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ἐν τῇ σκοτίᾳ μὴ μείνῃ. Καὶ ἐάν τις μου ἀ- 47
dierit verba, & non *crediderit*, ego non judico eum: non enim veni
κούσῃ τῶν ῥημάτων, καὶ μὴ (χ) πιστεύσῃ, ἐγὼ οὐ κρίνω αὐτόν· οὐ γὰρ ἦλθον
ut judicem mundum, sed ut salvificem mundum. *Rejiciens* me, & non *ac-*
ἵνα κρίνω τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσω τὸν κόσμον. Ὁ ἀθετῶν ἐμὲ, καὶ μὴ λαμ- 48
cipiens verba mea, habet *judicantem* eum. Sermo quem locutus sum,
βάνων τὰ ῥήματά μου, ἔχει τὸν κρίνοντα αὐτόν. ὁ λόγος ὃν ἐλάλησα,
ille judicabit eum in novissimo die. Quia ego ex meipso non sum locu-
ἐκεῖνος κρινεῖ αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. Ὅτι ἐγὼ ἐξ ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλάλη- 49
tus, sed *ille mitteus* me Pater, ipse mihi mandatū
σα, ἀλλ' ὁ πέμψας με πατὴρ, αὐτός μοι ἐντολὴν (ψ) ἔδωκε, τί εἴπω καὶ τί λαλήσω.
dedit, quid dicam & quid loquar.

MS.A. (π) ὡς (ρ) * καταβῃ· (σ) Ὡς (τ) ἐπώρωσεν (υ) ἰάσομαι (φ) * ὅτι (χ) φυλάξῃ, (ψ) δέδωκεν,

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.



Dixit eis Jesus; Modicum adhuc ad tempus 35
lux vobiscum est: ambulate dum lucem habetis, ne tenebræ vos deprehendant: etenim
qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut fi- 36
lii lucis sitis. Hæc locutus est Jesus, & profectus occultavit se ab eis. Quúmque hæc 37
omnia signa edidisset coram eis, non crediderunt in eum. Ut impleretur sermo Esaiæ 38
prophetæ, dicentis; Domine mi, quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui
revelatum est? Propterea non poterant 39
credere, quia rursus dixit Esaias; Obcæca- 40
verunt oculos suos, & tenebris offuderunt corda sua, ne videant oculis suis, intelligant-
que cordibus suis: & convertantur, & sanem eos. Hæc dixit Esaias, quando vidit 41
gloriam ejus, & locutus est de eo. Verun- 42
tamen etiam ex proceribus multi crediderunt in eum: sed propter Pharisæos non con-
fitebantur, ne extra synagogam ejicerentur.
Dilexerunt enim gloriam hominum potiùs 43
quàm gloriam Dei. Jesus verò clamavit, & 44
ait; Qui credit in me, non in me credit, sed
in eum qui misit me. Et qui me videt, vi- 45
det eum qui misit me. Ego Lux veni in 46
mundum, ut quisquis crediderit in me, non
maneat in tenebris. Et qui audierit ser- 47
mones meos, & non custodierit eos, ego
non condemno eum: non enim veni ut con-
demnem mundum, sed ut servem mundum.
Qui deprimit me, nec recipit sermones 48
meos, habet qui condemnet eum: sermo
quem locutus sum, ille judicaturus est ipsum
ultimo illo die. Quia ego ex meipso non 49
sum locutus, sed Pater meus qui misit me,
ipse dedit mihi mandatum quid dicam, &
quid loquar.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.



Jesus illis dixit; Parvo tempore ad- 35
huc Lux vobiscum est: ambulate
quamdiu Lucem habetis, & in Lu-
cem fidem habete, ne tenebræ vos
præcipitent: qui enim in tenebris in-
cedit nescit quò vadit. Vos igitur 36
filii Lucis sitis. Jesus hæc dixit, et
abiens ab illis absconditus est. Et 37
quamvis hæc signa coram illis face-
ret, illi tamen fidem non habuerunt.
Ut sermo Esaiæ prophetæ impleretur, 38
qui dixit;

Prophetia.

Domine, Quis est qui audiendo à
nobis fidem habuit? & brachium
Domini cui revelatum est? Propter 39
hoc non potuerunt fidem habere. Et
rursus Esaias dixit;

Prophetia.

Oculos quidem suos occæcaverunt, 40
& cor suum obscurârunt, ut oculis
non videant, neque corde intelligant,
& rursus ad me convertantur, &
illis salutem dem. Hæc Esaias di- 41
xit, quo tempore gloriam ejus vidit,
& de eo locutus est. Et post hæc ex 42
principibus quoque in Jesum fidem
habuerunt: sed propter Pharisæos
non confitebantur, ut illos extra syn-
agogam non ejicerent. Ea de causa 43
quòd ab hominibus honorem &
existimationem amarent, potiùs quàm
gloriam Dei.

Versio VULGATA LATINA.

35 Dixit ergò eis Jesus; Adhuc modicùm, lumen in vobis est, Ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris, nescit
36 quò vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis. Hæc lo-
37 cutus est Jesus: & abiit, & abscondit se ab eis. Cùm autem tanta signa fecisset
38 coram eis, non credebant in eum: Ut sermo Isaiæ prophetæ impleretur, quem dixit; Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui revelatum
39 est? Propterea non poterant credere, quia iterùm dixit Isaias; Excæcavit
40 oculos eorum, & induravit cor eorum: ut non videant oculis, & non intelligant
41 corde, & convertantur, & sanem eos. Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam
42 ejus, & locutus est de eo. Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter Pharisæos non confitebantur, ut è synagoga non ejicerentur. Di- 43
lexerunt enim gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei. Jesus autem cla- 44
mavit, & dixit; Qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui misit me. Et 45
qui videt me, videt eum, qui misit me. Ego lux in mundum veni: ut 46
omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea, 47
& non custodierit: ego non judico eum: non enim veni ut judicem mundum, sed
ut salvificem mundum. Qui spernit me, & non accipit verba mea: habet qui 48
judicet eum: sermo, quem locutus sum, ille judicabit eum in novissimo die.
Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi manda- 49
tum dedit quid dicam, & quid loquar.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

35 * فقال لهم يسوع ان النور معكم زمنا يسيرا * فسيروا في النور ما دام لكم النور لئلا يدرككم
36 الظلام * لان الذي يمشي في الظلام ليس يدري اين يتوجه * ما دام لكم النور آمنوا بالنور
37 لتكونوا ابناء النور * تكلم يسوع بهذا ثم مضى وتوارى عنهم * وإذ صنع هذه العجائب
38 الكثيرة امامهم لم يؤمنوا به * لتكمل كلمة اشعياء النبي اذ قال يا رب من آمن بخبرنا وذراع
39 الرب لمن اعتلن * ومن اجل هذا لم يقدروا ان يؤمنوا * لان اشعيا قال ايضا * طمس عيونهم
40 وطمس قلوبهم * لئلا يبصروا بعيونهم ويفهموا بقلوبهم ويرجعوا الي فاشفيهم * قال اشعياء هذا
41 لما رأى مجده وتطق عليه * وكان قد آمن به كثير من الرؤساء لكنهم لم يعترفوا بذلك لاجل
43 الفريسيين لئلا يصيروا خارجا من الجماعة * لانهم احبوا مجد الناس اكثر من مجد الله *

* الفصل الثلثون *

44 * فصرخ يسوع قائلا من يؤمن بي فليس يؤمن بي فقط بل بالذي ارسلني * ومن رآني فقد
45 رأى الذي ارسلني * انا جئت نورا للعالم كي كل من يؤمن بي لا يمكث في الظلام * ومن
47 يسمع كلامي ولا يحفظه انا لا ادينه لاني لم آت لادين العالم بل لاخلص العالم * ومن جحدني
48 ولم يقبل كلامي فان له من يدينه * الكلمة التي نطقت بها هي تدينه في اليوم الاخير * لاني
49 لم اتكلم من ذاتي وحدي بل الاب الذي ارسلني هو اعطاني الوصية بما اقول وبما انطق *

35 *Ait illis Jesus; Certè lumen vobiscum est ad breve tempus. Ambulate ergò in lumine quamdiu vobis est lumen, ne comprehendant vos tenebræ; quia qui ambulat in tenebris, ignorat quò se vertat.* 35
Quamdiu vobis est lux, credite in lucem, ut filii lucis sitis. Locutus est Jesus hæc, deinde ablit & evanuit ab iis. 36
Et quamvis fecisset hæc mirabilia multa 37
coram eis, tamen non credidérunt in eum. Ut implerétur verbum Isaiæ pro- 38
phetæ, cùm dixit; Domine, quis credidit voci nostræ, & brachium Domini cui revelatum est? Et propterea non po- 39
terant credere, quia Isaias iterùm dixit; Excæca oculos eorum, & obnubi- 40
la corda eorum, ne videant oculis suis, & intelligant cordibus suis, & convertantur ad me, & sanem eos. Dixit Isaias hoc, quando vidit gloriam ejus, & 41
locutus est de eo. Et verò jam credide- 42
runt in eum multi ex principibus: sed non confitebantur hoc, propter Pharisæos, ne emitterentur extra synagogam. Nam dilexerunt gloriam hominum plus 43
quàm gloriam Dei.

Sectio trigesima.

Exclamavit autem Jesus, dicens; Qui 44
credit in me, non credit in me tantùm, sed in eum qui misit me. Et qui videt 45
me, videt eum qui me misit. Ego veni 46
lux mundi, ut omnis qui credit in me, non maneat in tenebris. Et qui audit 47
sermonem meum, & non custodit illum, ego non condemno eum; quia non veni ut condemnem mundum, sed ut salvem mundum. Et qui abnegat me, & non ac- 48
cipit sermonem meum, habet qui judicet eum. Verbum quod protuli, ipsum judicabit eum in die novissimo. Quia non 49
locutus sum ex meipso solo, sed Pater qui misit me, ipse dedit mihi mandatum ejus, quod dicturus essem, quódve loquuturus.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

35 ወይቤሎሙ: እግዚእ:ሊየሱስ:ዓደ: ሕደጣ:መዓሰለ: ሃሎ:መሰሌክሙ: ብርሃን:እንሶ ስው: እንዘ:ብክሙ:ብርሃን: ዘእንበለ: ይርከብክሙ:ጽልመት: እስመ: ዘይሐውር:ው
36 ስተ:ጽልመት:ሊያእመር: ኃቡ: ይሐውር:::ኦ እመጣን: ወእንዘ: ብክሙ:ብርሃን: እ መኑ: በብርሃን:ክመ:ትኩኑ: ውሉደ:ብርሃን:::ወእመድኅረ: ዘንተ:ተናግሮሙ: እግ
37 ዚእ:ሊየሱስ:ወሖረ: ወተኃብአሙ:::ኦ ወእንዘ:መጠኑዝ: ተኢመረ:ይገብር ፡ በቅድ
38 ሜሆሙ:ሊኢመኑ:ቦቱ:::ኦ ክመ: ይብጸሕ: ወይትፈጸመ:ቃሉ: እይሳይያስ: ነቢያ: ዘይቤ:: እግዚኦ:መኑ:ኢመነ:ስመዐነ: ወለመኑ:ተከሠተ: መዝራዕቱ: ለእግዚእ
39 ሔር:::ኦ ወበእንተዝ:ስእኑ: ወኢክህሉ:ለሚነ:: እስመ: ክዕበ:ይቤ:ሊሳይያስ:::ኦ
40 ዖውረ: እዕይንቲሆሙ:ወተጸለለ:ልቦሙ:ክመ:ኢይርእዩ:በእዕይንቲሆሙ: ወክመ:ኢ
41 ያእመሩ:ወይቤብወ:በልቦሙ: ወኢይትመየጡ:በኅቢናሆሙ: ወኢይዛሀሉሙ:::ኦ ወ
42 ዘንተ:ይቤ: እይሳይያስ:ርእዮ:ስብሐቲሁ::ወነገረ:በእንቲኣሁ:::ኦ ወባሕቱ:ቦቱ:ብ ዙኃን:እመሰእክትሂ: እለ:ለመኑ:ቦቱ:ወባሕቱ:ይፈርህሙ:ለፈሪሳዊያን:ክመ:ኢይ
43 እመኑ: ገሃደ:ኢይሰድድሙ: እመኵራብ:::ኦ እስመ:ለብደሩ:ያድልው:ለሰብእ:
44 እመያድልዉ:ለእግዚእብሔር:::ኦ ወከልሐ:እግዚእ:ኢየሱስ:ወይቤ:ዘለመነ:ቢያ:
45 ለኮ:ቢያ:ዘለመነ:ዘእንበለ:በዘፈነወኂ:::ኦ ወዘኰያ ፡ርእየ:ርእዮ:ለዘ:ፈነወኂ:::ኦ ወ
46 ለነሰ:ብርሃነ:መጻእኩ:ውስተ:ዓለመ:ኵሉ:ዘይሊመነ:ብየ:ኢይብር:ውስተ:ጽልመ
47 ት:::ኦ ወዘኂ:ሰመዓኂ:ቃልየ:ወኢዓቀባ:ለጥ:ለነ:ዘለኄንኖ:እስመ:ኢመጸእኩ:ክመ:እ
48 ኵነኖ:ለዓለመ: ዘእንበለ:ክመ:እሕይወ:ለዓለመ:::ኦ ወዘሰ:ክሕደኂ: ወኢተወክፈ:
49 ቃልየ:ሃሎ:ዘይኴንኖ:ውእቱ:ቃል: ዘነበብኩ:ይኴንኖ: በደኃሪት:ዕለት:::ኦ እስመ:ለ ኮ:ለነ:ለኢየ: ዘእነብብ: ደእሙ: ዘፈነወኂ: ለብ: ውእቱ:ትእዛዘ: ወህበኂ: ዘለብል: ወዘእነግር:::ኦ

Et dixit iis Dominus Jesus; Adhuc paucos dies, est vobiscum lux. Ambulate dum habetis lucem, antequàm deprehendant vos tenebræ: quia qui vadit in tenebris, nescit quò vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut sitis filii lucis. Et postea loquutus est iis Dominus Jesus; & abiit, & absconditus fuit *ab* iis. Et quum tanta signa fecisset coram iis, non crediderunt in eo. Ut veniret & impleretur sermo Esaiæ prophetæ, dicentis; Domine, quis credidit testimonio nostro? & cui revelatum est brachium Dei? Et propter hoc defecerunt, & non potuerunt credere: quia iterum dixit Esaias; Excæcati sunt oculi eorum, & inumbratum fuit cor eorum: ut non videant cum oculis suis, & ut non cognoscant & intelligant in cordibus suis: & non convertantur in cogitationibus suis, & non miserear eorum. Et hoc dixit Esaias videns gloriam ejus, & loquutus est de eo. Veruntamen multi ex principibus *fuerunt* qui crediderunt in eo: sed timentes Pharisæos non profitebantur palàm, *ut* non ejicerent eos è synagoga. Quia dilexerunt placere hominibus, magis quàm placere Deo. Et clamavit Dominus Jesus, & dixit; Qui credit in me, non in me credit, sed in eum qui misit me. Et qui me vidit, vidit eum qui misit me. Et ego Lux veni in mundum: quicunque credit in me, non manebit in tenebris. Et qui audivit sermonem meum, & non custodivit eum, non ego sum qui condemnabo eum: quia non veni ut condemnarem mundum, sed ut servem mundum. Et qui negavit me, & non suscepit sermonem meum, est qui condemnabit eum: ipse sermo quem loquutus sum, condemnabit eum in ultimo die. Quia non ego ipse *sum* qui loquor, sed qui misit me Pater: ipse mandata dedit mihi, quid loquar, & quid annuntiem.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

44 * عيسي باواز بلند گفت انك بمن ايمان بياورد * نه بمن ايمان آورده باشد * الا بدانك مرا
45 46 فرستاد * * وانك مرا ديد فرستادنش مرا ديده باشد * * من بهر جهان نور آمدم * تا هركه بمن
47 ايمان بياورد * در تاريكي نماند * * وانك سخنهاء من نشنود * ونگاه دارد * من اورا داوري نكنم *
48 نيامدم كه خلق را داوري كنم * ليكن آمدم كه خلق را زنده كنم * * انك بمن ظلم كند *
و سخنهاء مرا قبول نكند * هست كسي كه اورا داوري كند * و سخني كه من اورا گفتم
49 اوست كه اورا داوري كند † در روز واپسين * * سبب انك من از خود نگفتم * پدري كه مرا
فرستاد اوست كه بمن فرمان داد * چه فرمايم وچه گويم *

Jesus autem voce elatâ clamavit; 44
Qui in me fidem habuerit, non in me fidem habuit, sed in eo qui me misit. Et qui me vidit, misit autem 45
me vidit. Ego propter mundum Lux 46
veni, ut omnis qui in me fidem habuerit, in tenebris non maneat. Et 47
qui sermones meos non audierit & servaverit, ego eum non judico: non veni enim ut homines judicem, sed veni ut homines vivificem. Qui 48
mecum iniquè egerit, & verba mea non acceperit, est quidam qui eum judicat: & sermo quem ego locutus sum, ipse est qui eum judicabit in die novissimo. Eâ de causa quòd ego 49
à me ipso non locutus sum: Pater qui me misit, ille est qui mihi mandatum dedit, quid mandem, & quid dicam.

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ. ΚΕΦ. Ις'.

Et scio quia mandatum ejus vita æterna est. Quæ ergò loquor ego, sicut dixit mihi
50 Καὶ οἶδα ὅτι ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ ζωὴ αἰώνιός ἐστιν. ἃ οὖν (ω) λαλῶ ἐγὼ, καθὼς εἴρηκέ μοι
Pater, sic loquor.
ὁ πατὴρ, (α) οὕτω λαλῶ.

CAP. XIII. ιγ'.

Ante autem diem festum Paschæ, sciens Jesus quia venit ejus hora, ut
1 Πρὸ δὲ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα, εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς ὅτι (α) ἐλήλυθεν αὐτοῦ ἡ ὥρα, ἵνα
transeat ex mundo hoc ad Patrem; diligens proprios qui in mundo,
μεταβῇ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου πρὸς τὸν πατέρα, ἀγαπήσας τοὺς ἰδίους τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ,
in finem dilexit eos. Et cœnâ facti, (diabolo jam jaculato
2 εἰς τέλος ἠγάπησεν αὐτούς. Καὶ δείπνου γινομένου, ((β) τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος
in cor Judæ Simonis, Iscariotæ, ut eum traderet,) Sciens Jesus quia
3 εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα Σίμωνος, Ἰσκαριώτου, ἵνα αὐτὸν παραδῷ,) Εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς ὅτι
omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exivit, & ad Deum
πάντα δέδωκεν αὐτῷ ὁ πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας, καὶ ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθε, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν
vadit: Surgit à cœna, & ponit vestimenta: & accipiens linteum, præcinxit
4 ὑπάγει· Ἐγείρεται ἐκ τοῦ δείπνου, καὶ τίθησι τὰ ἱμάτια· καὶ λαβὼν λέντιον, διέζωσεν
seipsum: Deinde injicit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes discipulorum,
5 ἑαυτόν· Εἶτα βάλλει ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα, καὶ ἤρξατο νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν,
& extergere linteo, quo erat præcinctus. Venit ergò ad Simonem Petrum,
6 καὶ ἐκμάσσειν τῷ λεντίῳ, ᾧ ἦν διεζωσμένος. Ἔρχεται οὖν πρὸς Σίμωνα Πέτρον,

& dicit ei *ille*; Domine, tu *meos* lavas pedes? Respondit Jesus, & dixit
καὶ λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος, Κύριε, σὺ μου νίπτεις τοὺς πόδας; Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς καὶ εἶπεν
7 ei; Quod ego facio, tu nescis modò: scies autem *post hæc*. Dicit ei Petrus;
αὐτῷ, Ὃ ἐγὼ ποιῶ σὺ οὐκ οἶδας ἄρτι, γνώσῃ δὲ μετὰ ταῦτα. Λέγει αὐτῷ Πέτρος,
8 Non lavabis pedes *meos* in æternum. Respondit ei Jesus; Si non la-
Οὐ μὴ νίψῃς τοὺς πόδας μου εἰς τὸν αἰῶνα. (γ) Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἐὰν μὴ νίψω
vero te, non *habes* partem *cum me*. Dicit ei Simon Petrus; Domine, non pedes
σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ. Λέγει αὐτῷ Σίμων Πέτρος, Κύριε, μὴ τοὺς πόδας
9 meos tantùm, sed & manus & caput. Dicit ei Jesus; Lotus
μου μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς χεῖρας καὶ τὴν κεφαλήν. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὁ λελουμένος
10 non *opus habet* quàm pedes *lavare*, sed est mundus totus. Et vos mun-
(δ) οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι, ἀλλ' ἔστι καθαρὸς ὅλος. Καὶ ὑμεῖς καθα-
di estis, sed non omnes. Sciebat enim *tradentem se*: propter hoc dixit; Non
ροί ἐστε, ἀλλ' οὐχὶ πάντες. Ἤδει γὰρ τὸν παραδιδόντα αὐτόν· διὰ τοῦτο εἶπεν, Οὐχὶ
11 omnes mundi estis. Postquàm ergò lavit pedes eorum, & accepit vestimenta
πάντες καθαροί ἐστε. Ὅτε οὖν ἔνιψε τοὺς πόδας (ε) αὐτῶν, καὶ ἔλαβε τὰ ἱμάτια
12 sua, *recumbens* iterùm, dixit eis; Scitis quid fecerim vobis? Vos vo-
αὐτοῦ, ἀναπεσὼν πάλιν, εἶπεν αὐτοῖς, Γινώσκετε τί πεποίηκα ὑμῖν; Ὑμεῖς φω-
13 catis me, Magister, & *Dominus*: & pulchrè dicitis: sum etenim.
νεῖτέ με, Ὁ διδάσκαλος, καὶ ὁ Κύριος· καὶ καλῶς λέγετε· εἰμὶ γάρ.

MS.A. (ω) ἐγὼ λαλῶ, (α) εἶπεν Κεφ. ιγ'. MS-A. (α) ἦλθεν (β) τοῦ τε (γ) Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς αὐτῷ, (δ) οὐκ ἔχεις χρείαν ἢ (ε) αὐτῶν, ἔλαβεν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἀναπεσὼν

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

Et scio quòd mandatum ejus vitam æternam esse: quæ igitur loquor, prout dixit mihi Pater meus, ita loquor. 50

Lectio in lotione mystica. 33.

CAP. XIII.

Ante festum autem Paschatis sciebat Jesus veniſſe horam ut discederet ex hoc mundo ad Patrem suum, & dilexit suos qui erant in hoc mundo, & usque in finem dilexit eos. Quúmque facta esset cœna, injectum fuerat à Satana in cor Judæ filii Simonis Iscariotæ, ut proderet eum. Ipse autem Jesus quum sciret Patrem omnia dediſſe sibi in manus, & se à Deo exiſſe, & ad Deum abire: Surgit à cœna, & deponit vestimenta sua, acceptâque sindone, præcinxit lumbos suos. Et injecit aquam in lavacrum, & cœpit abluere pedes discipulorum suorum, & abstergere sindone, quâ erat lumbos præcinctus. Quum autem veniſſet ad Simonem Cepham, dixit ei Simon; Tu, Domine mi, pedes meos lavabis mihi? Respondit Jesus, & dixit ei; Quod ego facio, tu nescis nunc: posteà verò cognosces. Dixit ei Simon Petra; In æternum non lavabis mihi pedes meos. Dixit ei Jesus; Nisi lavero te, nullam habes partem mecum. Dixit ei Simon Petra; Ergò, Domine mi, non solùm pedes meos laves mihi, sed & manus meas, & caput meum. Dixit ei Jesus; Is qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes suos tantùm lavet: totus enim mundus est, & vos mundi estis, sed non omnes. Noverat enim Jesus eum qui ipsum prodebat; propterea dixit; Vos omnes mundi non estis. Quum autem abluiſſet pedes eorum, assumit vestimenta sua, & discubuit, dixitque eis; Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me, Magister noster, & Domine noster, & benè dicitis: sum etenim.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

Et scio quòd mandatum ejus vita est in æternum: hæc igitur quæ loquor, quemadmodum Pater mihi dixit, ita loquor. 50

XXVIII. Pascha comedit Jesus cum discipulis, & vesperi pedes eorum lavat.

CAP. XIII.

Ante festum Paschatis duobus diebus Jesus cognoscebat quòd tempus advenisset, ut ex hoc mundo ad Patrem suum emigraret: & quicunque in mundo suorum erant dilexit, & usque ad finem etiam eos diligit. Et cùm tempus cœnæ esset, Diabolus in cor Judæ filii Simonis Iscariotæ injecit, ut Christum in manum inimicorum *traderet. Jesus autem sciebat quòd omnem rem Pater in manum ejus dediſſet, & à Deo exiſſet & ad Deum iret. A comedendo surrexit, & vestimento suo depoſito accepit sindonem, & se medium cinxit. Et aquam in pelvim indidit, & pedes discipulorum suorum singulatim lavit, & sindone illâ, quâ medius præcinctus erat, tersit & mundavit. Cùm ad Simeonem Cepham pervenisset, Simeon dixit; Tu Dominus meus es, pedes meos lavas? Jesus respondit & dixit; Nunc id quod ego facio tu neſcis: posthac autem scies.*

Versio VULGATA LATINA.

50 Et scio quia mandatum ejus vita æterna est. Quæ ergò ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor.

CAP. XIII.

1 ANte diem festum Paschæ, sciens Jesus quia venit hora ejus ut transeat ex hoc mundo ad Patrem: cùm dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit
2 eos. Et cœnâ factâ, cùm diabolus jam misisset in cor, ut traderet eum Judas Simo-
3 nis Iscariotæ: Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exivit,
4 & ad Deum vadit: Surgit à cœna, & ponit vestimenta sua: & cùm accepisset lin-
5 teum, præcinxit se. Deindè mittit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Venit ergò ad Simo- 6
nem Petrum. Et dicit ei Petrus; Domine, tu mihi lavas pedes? Respondit Jesus, 7
& dixit ei; Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem posteà. Dicit ei Petrus; Non 8
lavabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Jesus; Si non lavero te, non habebis
partem mecum. Dicit ei Simon Petrus; Domine, non tantùm pedes meos, sed & ma- 9
nus, & caput. Dicit ei Jesus; Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes laver, sed est mun- 10
dus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui trade- 11
ret eum: propterea dixit; Non estis mundi omnes. Postquàm ergò lavit pedes eo- 12
rum, & accepit vestimenta sua: cùm recubuisset iterùm, dixit eis; Scitis quid fe-
cerim vobis? Vos vocatis me, Magister, & Domine: & benè dicitis: sum etenim. 13

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

50 * وَأَنَا أَعْلَمُ أَنَّ هِيَ حَيَاةُ ٱلْأَبَدِ وَٱلَّذِي أَتَكَلَّمُ بِهِ إِنَّمَا أَنْطِقُ بِهِ كَمَا قَالَ لِيَ ٱلْآبُ *

Et ego novi quòd illud sit vita æterna: & quod loquor, sanè profero illud, sicut dixit mihi Pater. 50

Sectio trigesima prima.

CAP. XIII.

1 * اَلْفَصْلُ ٱلْحَادِي وَٱلثَّلٰثُونَ * * وَقَبْلَ عِيدِ ٱلْفِصْحِ كَانَ يَسُوعُ يَعْلَمُ أَنَّ سَاعَتَهُ

τεροῦντες ὁμοθυμαδὸν ἐν τῷ ἱερῷ, κλῶντές τε κατ' οἶκον ἄρτον, μετελάμ-
bant *alimentum in* exultatione & ſimplicitate cordis, *Laudantes*
βανον τροφῆς ἐν ἀγαλλιάσει καὶ ἀφελότητι καρδίας, Αἰνοῦντες τὸν Θεὸν, καὶ
Deum, & habentes gratiâ ad omnem plebem. *At* Dominus *apponebat eos* qui ſalvi *fiebant*
ἔχοντες χάριν πρὸς ὅλον τὸν λαόν. ὁ δὲ Κύριος προσετίθει τοὺς σωζομένους
per diem eccleſiæ.
καθ' (ν) ἡμέραν τῇ ἐκκλησίᾳ.

CAP. III. γ'.

Δ' †Ἐπὶ τὸ αὐτὸ δὲ Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερὸν, ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς 1
In idipſum autem Petrus & Joannes aſcendebant in templum, ad horam
orationis nonam.
προσευχῆς τὴν (α) ἐννάτην.

MS.A. (φ) τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ (χ) ὃ ὑμεῖς (ψ) Κύριον αὐτὸν καὶ Χριστὸν ὁ Θεὸς (ω) τὴν καρδίαν· (α) ποιήσωμεν, (β) Πέτρος δὲ πρὸς αὐτοὺς, Μετανοῦσατε, φησὶν, καὶ (γ) τῶν ἁμαρτιῶν ὑμῶν, καὶ (δ) ὃς ἂν (ε) διεμαρτύρατο καὶ παρεκάλει αὐτοὺς, λέγων, (ζ) οἱ ἀποδεξάμενοι (η) ἐν τῇ (θ) ἐν τῇ (ι) κοινωνίᾳ, * τῇ κλάσει (κ) Ἐγίνετο (λ) ἐγίνετο διὰ τῶν ἀποστόλων ἐν Ἰερουσαλήμ· φόβος τε ἦν μέγας ἐπὶ πάντας. Καὶ πάντες δὲ οἱ (μ) ἐμέριζον (ν) ἡμέραν ὀκτωαυτό. Κεφ. γ'. MS. A. †Πέτρος δὲ καὶ Ἰωάννης ἀναίβαινον (α) ἐνάτην

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

Ipſéque eſt qui dexterâ Dei exaltatus eſt, & 33
accepit à Patre promiſſum de Spiritu ſanctitatis, & effudit hoc donum quod ecce vos videtis & auditis. Non enim David aſcen- 34
dit in cœlum, quandoquidem ipſe ait; Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextera mea, uſquedum ponam inimicos tuos ſup- 35
pedaneum pedibus tuis. Certò ſciat igitur 36
tota domus Iſrael, Dominum & Meſſiam factum eſſe à Deo hunc Jeſum, quem vos in crucem egiſtis.

Feriâ ſecundâ hebdomadis VI. Jejunii.5.

Quumque hæc audîſſent, ingemuerunt in 37
corde ſuo, dixeruntque Simoni & cæteris Apoſtolis, Quid faciemus fratres noſtri? Dixit eis Simon, Pœnitentiam agite, & ba- 38
ptizetur unuſquiſque veſtrûm in nomine Domini Jeſu in remiſſionem peccatorum, ut recipiatis donum Spiritûs ſanctitatis. Vobis 39
enim factum eſt promiſſum, filiiſque veſtris, & iis omnibus qui longè ſunt, quos ſcilicet vocaverit ipſe Deus. Et aliis ſermonibus 40
quamplurimis conteſtabatur eos, & efflagitabat ab eis, dicens; Servamini ab hac generatione perverſa. Et quidam ex eis prom- 41
ptè exceperunt ſermonem ejus, crediderúntque, ac baptizati ſunt: ita ut additæ ſint die illo animæ circiter ter mille. Et perſe- 42
verabant in doctrina Apoſtolorum: & communicabant in oratione, & in fractione Euchariſtiæ. Fiebat autem timor in unaqua- 43
que anima; & ſigna multa virtuteſque edebantur per Apoſtolos in Jeruſalem. Cun- 44
ctique qui crediderant, unà commorabantur: & quæcunque habebant, erant communitatis. Et ii qui habebant poſſeſſio- 45
nem, vendebant eam, ac dividebant unicuique prout egebat. Atque quotidie per- 46
ſeverabant in templo unanimes, & domi frangebant placentam, capiebantque refectionem lætabundi. Et cum ſimplicitate 47
cordis laudabant Deum, aſſecuti gratiam apud univerſum populum. Ac Dominus noſter augebat quotidiè eos qui ſalvi fiebant in Eccleſia.

Feriâ ſextâ Auri.6.

CAP. III.

FActum eſt autem quum aſcenderent Si- 1
mon Petra & Johannes, ſimul in templum tempore precationis horâ nonâ:

Verſio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

Et ad dextram Dei exaltatus fuit, aceipiens apud Patrem quem promiſerat 33
Spiritum pretioſum hunc quem videtis & auditis. Num David aſcendit in cœ- 34
los? nonne dixit ipſe David in Spiritu ſancto; Dixit Dominus Domino meo, Sede
ad dextram meam, uſque referam inimicos tuos ſub ſcabello pedum tu- 35
orum. Manifeſtè igitur ſcit tota domus Iſraelis quòd Dominum & Meſſiham 36
conſtituit Deus hunc Jeſum, quem vos ſuſpendiſtis.

Versio VULGATA LATINA.

33 Dexterâ igitur Dei exaltatus, & promissione Spiritûs sancti acceptâ à Patre, effu-
34 dit hunc, quem vos videtis, & auditis. Non enim David ascendit in cœlum:
35 dixit autem ipse; Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, Donec po-
36 nam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Certissimè sciat ergò omnis do-
mus Israel quia & Dominum eum, & Christum fecit Deus, hunc Jesum, quem
37 vos crucifixistis. His autem auditis, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Pe-
38 trum, & ad reliquos Apostolos; Quid faciemus, viri fratres? Petrus verò ad
illos; Pœnitentiam (inquit) agite, & baptizetur unusquisque vestrûm in nomi-
ne Jesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum: & accipietis do-
39 num Spiritûs sancti. Vobis enim est repromissio, & filiis vestris, & omnibus
40 qui longè sunt, quoscunque advocaverit Dominus Deus noster. Aliis etiam
verbis plurimis testificatus est, & exhortabatur eos, dicens; Salvamini à genera-
41 tione ista prava. Qui ergò receperunt sermonem ejus, baptizati sunt: & ap-
42 positæ sunt in die illa animæ circiter tria millia. Erant autem perseverantes in
doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. Fi- 43
ebat autem omni animæ timor: multa quoque prodigia & signa per Apostolos
in Jerusalem fiebant, & metus erat magnus in universis. Omnes etiam qui 44
credebant, erant pariter, & habebant omnia communia. Possessiones & sub- 45
stantias vendebant, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat. Quo- 46
tidiè quoque perdurantes unanimiter in templo, & frangentes circa domos pa-
nem, sumebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis, Collaudantes 47
Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. Dominus autem augebat qui
salvi fierent quotidiè in idipsum.

CAP. III.

PEtrus autem & Johannes ascendebant in templum, ad horam orationis
nonam.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

33 *وَلَمَّا ٱرتفع اذاً بيمين ٱللهِ سكب موعد روح ٱلقدس حسن أخذه من ٱلآب * هذا ٱلذي قد
34 عاينتموه انتم ٱلآن وسمعتموه *لان داوود لم يصعد الي ٱلسماوات *اذ يقول قال ٱلرب لربي ٱجلس
35 عن يميني *الي ان اصنع اعداءك تحت موطاء قدميك *فليعلم اذاً كل بيت اسرائيل علماً بلمعاً *
36 ان ٱلله قد جعل يسوع هذا نفسه * ٱلذي صلبتموه انتم بعينه * ربا ومسيحا * تمام * ح *
37 * فاذ سمعوه كسعوا بقلوبهم وقالوا لبطرس ولباقي ٱلرسل *ايها ٱلرجال اخوتنا ماذا نصنع *
38 *يوم ٱلخمسين خامس ٱلفصح * فقال لهم بطرس توبوا وليصطبغ
كل واحد منكم باسم يسوع ٱلمسيح لغفران ٱلخطايا * فتاخذون موهبة روح ٱلقدس *
39 *لان ٱلموعد لكم هو ولاولادكم * ولجميع ٱلذين في ٱلبعد ٱلقاصي *ٱلذين سيدعوهم ٱلرب
40 الاهنا * وباسدهم باقوال اخر اكثر من هذه * ويصرع اليهم قايلا اخلصوا من هذا
41 ٱلجيل ٱلصعب * وان قوما منهم قبلوا اقواله بنشاط واصطبغوا * وزاد في ٱلمومنين في
42 ذلك ٱليوم نحو الف نفس * وكانوا مثابرين بتعليم ٱلرسل والشركة وكسر ٱلخبز والصلوات *
43 * وصار في كل نفس خوف لان اياتٍ وعجائب كثيرة صارت بالرسل * تم * ط * والذين
44
45 امنوا كلهم كانوا مجتمعين معا * وكل الاشياء كانت لهم عامة مشتركة * وكانوا يبيعون
46 قنياتهم وامتعتهم ويوزعونها بين ٱلجماعة علي مقدار ما يحتاج كل واحد منهم * وكانوا
مثابرين كل يوم الهيكل جميعا * يكسرون خبزا في المنزل * ويتناولون طعاما بابتهاج
47 وفرح قلب مسبحين ٱلله *وكانت لهم كرامة لدي كافة ٱلشعب * فاما ٱلرب فكان يزيد في
الكنيسة ٱلمخلصين كل يوم *

*قراءة يوم ٱلجمعة سادس ٱلفصح * ي *

*الفصل ٱلثالث *

1 * وان بطرس ويوحنا صعدا جميعا الي ٱلهيكل في ساعة ٱلصلاة ٱلتاسعة *

Cùmque exaltatus fuisset dexterâ Dei, 33
effudit promissum Spiritûs sancti, quando accepit illud à Patre, hoc quod vos modò vidistis & audistis. Nam David 34
nequaquam ascendit in cœlos, cùm dicat, Dixit Dominus Domino meo, Sede ad dexteram meam, Quoadusq; ponam ini- 35
micos tuos sub scabello pedum tuorum. Sciat igitur tota domus Israël scientiâ 36
certâ, quòd Deus constituerit Jesum hunc metipsum quem vos crucifixistis, ipsummet inquam, *Dominum, & Christum.* Finis. *Cùm ergò audissent eum,* 37
humiliaverunt se in cordibus suis, dixerúntq; Petro & reliquis Apostolis, O viri fratres nostri, quid faciemus?

Quintâ die infra Paschа.

Ait illis Petrus, *Pœnitentiam agite, &* 38
baptizetur unusquisque vestrûm in nomine Jesu Christi, in remissionem peccatorum, & recipietis donum Spiritûs sancti. Nam promissio vobis est ac filiis vestris, 39
& omnibus qui sunt in distantia remotissima, quos vocaturus est Dominus Deus noster. Et hortatus est eos sermo- 40
nibus aliis hisce longioribus, & deprecatus est eos, dicens; Evadite ab ista generatione aspera. Et verò qui- 41
dam ex eis receperunt sermones ejus libenter, & baptizati sunt: & addita fuerunt inter fideles in illa die tria millia animarum. Erántque perseve- 42
rantes in doctrina Apostolorum, & communione, & fractione panis, atque orationibus. Factusque est in omni ani- 43
ma timor, quoniam signa & prodigia multa edita fuerunt ab Apostolis. Et 44
qui crediderunt omnes erant simul concordes, & res omnes erant eis publicæ & communes. Vendebantque possessiones suas, & dividebant eas inter turbam, prout 45
egebat unusquisque eorum. Et erant 46
perseverantes quotidiè in templo simul, frangentes panem in domicilio, & sumentes cibum cum exultatione & hilaritate cordis, laudantes Deum. Habe- 47
bantque honorem apud universum populum. Dominus autem augebat in ecclesia salvandos, quotidiè.

Lectio feriæ sextæ infra Paschа.

CAP. III.

ET verò Petrus & Johannes ascen- 1
derunt simul in templum horâ orationis nonâ.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

37 ወሰሚዶሙ : ተኅሠተ : ልቦሙ : ወይቤልዎሙ : ለጴጥሮስ : ወለቢጹ : ሐዋር
38 ያት : መንተ : ንገበር : ለኍዊነ::=፨ ወይቤሎሙ : ጴጥሮስ : ነስሑ : ወተጠመቁ : ኵ
ልክሙ : በስሙ : ለኢየሱስ : ክርስቶስ:: ወይትሐደጎ : ለክሙ : ኀጢአትክሙ : ወትነ
39 ሥሉ : ጸጋሁ : ለመንፈስ : ቅዱሰ:=ፁ እስመ : ለክሙ : ወሶቱ : ተሰፋ : ወለወኵድኍ
40 ሙ : ወለኵሎሙ: እለ:ርሑቃን : ወይጼውዕመ: ለእግዚአብሔር : ለመለክነ:=ፁ ወለ
ባዕድኂ : ብዙኅ:ነገረ:ዘነገሮሙ: ወገሠጸሙ: ወይቤሎሙ: እድኅኑ: ነፍስክሙ: እመዝ:
41 ዓለመ:እኩይ::=ፁ ፲ዘተወክፈ: ቃሎ: ተጠመቁ : ወተወሰኩ: በይእቲ : ዕለት: መጠነ:
42 ሠለስቱ: መእት:ነፍሰ::=ፁ ወነበሩ : ይፀመዱ : ትምህርተ : ሐዋርያት : ወኅቡረ: ይባ
43 ርኩ : ማእደ : ወወሰተ : ጸሎትሂ : ህቡረ:=ፁ ወፈርህዎሙ : ለሐዋርያት : ኵሉ : ዘነ
ፍስ:: ወብዙኅ : ተኣምረ : ወመንክረ : ይከውን : በእደዊሆሙ : ለሐዋርያት::=ፁ
44 ወኵሎሙ : እለ : ኦሙ: ኅቡረ : ይነብሩ : ወድኍር : ኵሉ : ንዋዮሙ : ወጥሪቶ
45 ሙ:=ፁ ወይሠይጡ : ወይሁቡ : ለነዳይ:=ፁ ወኵሉ: ለሚረ:ይፀመዱ : ኅቡረ: ቤተ:
46 መቅደስ:=ፁ ወይበርኩ:ማኅደ: ወይሴሰዩ:ሲሶዮሙ:በትፍሠሕት:ወበየዉሀተ:ልብ:==ፁ
47 ወያለኵቱ : እግዚአብሔር : ወቦሙ : ሞገሰ : በኀበ : ኵሉ : ሕዝብ : ወእኔተ :
ጸብኍ : ይዌስክ : እግዚአብሔር : ዲቤሆሙ : እለ : የለመኑ : ወየሐይው::=ፁ

1 ፫ ወዐርጉ : መኵራበ : ጴጥሮስ : ወዮሐንስ : ጊዜ : ተሴዓት : ለጸሎት:=ፁ

Et quum audivisseat, apertum fuit cor eorum, & dixerunt Petro, & fratribus 37
ejus Apostolis; Quid faciemus fratres nostri? Et dixit iis Petrus, Pœnitenti- 38
am agite & baptizemini omnes vos, in nomine Jesu Christi, & remittentur vobis peccata vestra, & accipietis donum Spiritûs sancti. Quia vobis fuit 39
promissio, & filiis vestris, & omnibus qui longè sunt, & invocant Dominum Deum nostrum. Et alia multa verba loquutus est iis, & erudivit eos, & di- 40
xit iis; Servate animam vestram ab hoc mundo malo. Et qui receperunt ser- 41
monem ejus, baptizati sunt: & additæ sunt in isto die circiter trigesies centum animæ. Et manserunt perseverando in doctrinâ Apostolorum, & simul be- 42
nedicendo mensæ, & in oratione simul. Et timuerunt Apostolos omnia anima- 43
lia: & multa signa & miracula fiebant per manus Apostolorum. Et omnes qui 44
crediderunt, simul manebant, & mixta fuit tota facultas & possessio eorum. 45
Et vendebant & dabant pauperibus. Et quocunque die perdurabant simul in 46
Domo sanctâ, & benedicebant mensæ & præbebant cibum in gaudio & simplicitate cordis: Et laudabant Deum, et haluerunt gratiam apud totum po- 47
pulum. Et ex decreto adjiciebat Deus super eos, illos qui crederent, & salvi essent.

CAP. III.

ET ascenderunt in templum Petrus & Johannes horâ nonâ orationis. 1

ΠΡΑΞΕΙΣ ΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ. ΚΕΦ. Δ'.

Et quidam vir claudus ex utero matris suæ *existens* bajulabatur, quem ponebāt
2 Καί τις ἀνὴρ χωλὸς ἀπὸ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ὑπάρχων ἐβαστάζετο, ὃν ἐτίθουν
per diem ad portam templi, *dictam Speciosam*, *petere* eleemosy-
καθ' ἡμέραν πρὸς τὴν θύραν τοῦ ἱεροῦ, τὴν λεγομένην Ὡραίαν, τοῦ αἰτεῖν ἐλεημοσύ-
nam ab introeuntibus in templum. *Qui videns* Petrum & Joannem *intu-*
3 νην παρὰ τῶν εἰσπορευομένων εἰς τὸ ἱερόν. Ὃς ἰδὼν Πέτρον καὶ Ἰωάννην μέλ-
ros introire in templum, rogabat eleemosynam *accipere*. *Intendens* autem Petrus
4 λοντας εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν, ἠρώτα ἐλεημοσύνην λαβεῖν. Ἀτενίσας δὲ Πέτρος
in eum cum Joanne, dixit; Respice in nos. Ille *amè attendebat eis*, ex-
5 εἰς αὐτὸν σὺν τῷ Ἰωάννῃ, εἶπε, Βλέψον εἰς ἡμᾶς. Ὁ δὲ ἐπεῖχεν αὐτοῖς, προσ-
pectans aliquid ab eis *accipere*. Dixit autem Petrus; Argentum & aurum non
6 δοκῶν τι παρ' αὐτῶν λαβεῖν. (β) Εἶπε δὲ Πέτρος, Ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ
est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: in nomine Jesu Christi Na-
ὑπάρχει μοι· ὃ δὲ ἔχω, τοῦτό σοι δίδωμι· ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Να-
zareni surge & ambula. Et *apprehendens ipsum* dexterâ manu alle-
7 ζωραίου ἔγειραι καὶ περιπάτει. Καὶ πιάσας αὐτὸν τῆς δεξιᾶς χειρὸς (γ) ἤγει-
vavit. Protinùs *autem confirmatæ* sunt ejus bases & plantæ. Et exili-
8 ρε. παραχρῆμα δὲ ἐστερεώθησαν (δ) αὐτοῦ αἱ βάσεις καὶ τὰ σφυδρά. Καὶ ἐξαλλόμε-
ens stetit, & ambulabat, & intravit cum illis in templum ambulans & exili-
νος ἔστη, καὶ περιεπάτει, καὶ εἰσῆλθε σὺν αὐτοῖς εἰς τὸ ἱερὸν περιπατῶν καὶ (ε) ἀλλό-
ens, & laudans Deum. Et vidit eum omnis populus ambulantem, & lau-
9 λων, καὶ αἰνῶν τὸν Θεόν. Καὶ εἶδεν (ζ) αὐτὸν πᾶς ὁ λαὸς περιπατοῦντα καὶ αἰ-
dantem Deum: Cognoscebántque illum, quòd ipse erat ad eleemo-
10 νοῦντα τὸν Θεόν· (η) Ἐπεγίνωσκόν τε αὐτὸν ὅτι (θ) οὗτος ἦν ὁ πρὸς τὴν ἐλεημο-
synam *sedens* ad Speciosam portā templi: & impleti sunt stupore & exta-
σύνην καθήμενος ἐπὶ τῇ Ὡραίᾳ πύλῃ τοῦ ἱεροῦ· καὶ ἐπλήσθησαν θάμβους καὶ ἐκστά-
si *super* comingente ei. *Tenente* autem *sanato claudo*
11 σεως ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι αὐτῷ. (ι) Κρατοῦντος δὲ τοῦ ἰαθέντος χωλοῦ τὸν
Petrum & Joannem, cucurrit ad eos omnis populus ad porticum vo-
Πέτρον καὶ Ἰωάννην, συνέδραμε πρὸς αὐτοὺς πᾶς ὁ λαὸς ἐπὶ τῇ στοᾷ τῇ καλου-

catam Salomonis, stupentes. Videns autem Petrus respondit ad po-
μένῃ (κ) Σολομῶντος, ἔκθαμβοι. Ἰδὼν δὲ (λ) Πέτρος ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν λα- 12
pulum; Viri Israelitæ, quid miramini in hoc, aut *nobis* quid *attenditis*, quasi
ὸν, Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, τί θαυμάζετε ἐπὶ τούτῳ, ἢ ἡμῖν τί ἀτενίζετε, ὡς
propriâ virtute aut pietate *iis qui fecimus* ambulare *eum*? Deus Abraham, 13
ἰδίᾳ δυνάμει ἢ εὐσεβείᾳ πεποιηκόσι τοῦ περιπατεῖν αὐτόν; Ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ
& Isaac & Jacob, Deus patrum nostrorum glorificavit *puerum* suum Je-
(μ) καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν ἐδόξασε τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰη-
sum, quem vos tradidistis, & negâstis *eum* ante faciem Pilati, judican-
σοῦν, ὃν (ν) ὑμεῖς παρεδώκατε, καὶ ἠρνήσασθε αὐτὸν κατὰ πρόσωπον Πιλάτου, κρίναν-
te illo dimitti. Vos autem Sanctum & Justum negâstis, & petistis vi- 14
τος ἀπολυθῆναι. Τὸν δὲ ἅγιον καὶ δίκαιον ἠρνήσασθε, καὶ ᾐτήσασθε ἄν-
rum homicidam donari vobis. *At principem* vitæ interfeciſtis, quem Deus su- 15
δρα φονέα χαρισθῆναι ὑμῖν. Τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατε, ὃν ὁ Θεὸς ἤ-
scitavit *ex* mortuis: cujus nos testes sumus. Et in fide nominis ejus, 16
γειρεν ἐκ νεκρῶν· οὗ ἡμεῖς μάρτυρές ἐσμεν. Καὶ ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ,
hunc quem *videtis* & nôstis, confirmavit nomen ejus: & fides, quæ per eum, de-
τοῦτον ὃν θεωρεῖτε καὶ οἴδατε, ἐστερέωσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ· καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ ἔ-
dit *illi integritatem hanc* in conspectu omnium vestrûm. Et nunc, fratres, 17
δωκεν αὐτῷ τὴν ὁλοκληρίαν ταύτην ἀπέναντι πάντων ὑμῶν. Καὶ νῦν, ἀδελφοί,
scio quia per ignorantiâ fecistis, sicut & principes vestri. *At* Deus quæ præ- 18
οἶδα ὅτι κατ' ἄγνοιαν ἐπράξατε, ὥσπερ καὶ οἱ ἄρχοντες ὑμῶν. Ὁ δὲ Θεὸς ἃ προε-
nuntiaverat per os omnium Prophetarum *suorum*, pati Christum, imple-
κατήγγειλε διὰ στόματος πάντων τῶν προφητῶν (ξ) αὐτοῦ, παθεῖν τὸν Χριστὸν, ἐπλή-
vit sic. Pœnitemini igitur, & convertimini, *ad deleri* vestra pec- 19
ρωσεν οὕτω. Μετανοήσατε οὖν καὶ ἐπιστρέψατε, εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι ὑμῶν τὰς ἁ-
cata, Ut cùm venerint tempora refrigerii à conspectu Domini, & mi- 20
μαρτίας, Ὅπως ἂν ἔλθωσι καιροὶ ἀναψύξεως ἀπὸ προσώπου τοῦ Κυρίου, καὶ ἀ-
ferit *amè prædicatum* vobis Jesum Christum,
ποστείλῃ τὸν (ο) προκεκηρυγμένον ὑμῖν Ἰησοῦν Χριστὸν,

MS. A. (β) Πέτρος δὲ εἶπεν, (γ) ἤγειρεν αὐτόν. παραχρῆμα (δ) αἱ βάσεις αὐτοῦ (ε) ἀλλόμενος, αἰνῶν (ζ) πᾶς ὁ λαὸς αὐτὸν (η) Ἐπεγίνωσκον δὲ (θ) αὐτὸς (ι) Κρατοῦντός τε αὐτοῦ τὸν Πέτρον καὶ τὸν Ἰωάννην, συνέδραμεν πᾶς ὁ λαὸς πρὸς αὐτοὺς ἐπὶ (κ) Σαλομῶντος, (λ) ὁ Πέτρος (μ) καὶ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ Θεὸς Ἰακὼβ, (ν) ὑμεῖς μὲν παρεδώκατε, καὶ ἠρνήσασθε κατ' (ξ) αὐτοῦ, * ἐπλήρωσεν οὕτως. (ο) προκεχαρισμένον

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

ut ecce virum quendam claudum ab utero 2
matris suæ bajularent homines illi qui soliti
erant eum afferre, et ponere ad januam templi
quæ vocatur Speciosa, ut peteret eleemosynā
ab iis qui introibant in templum. Is quum 3
vidisset Simonem & Johanem introëuntes in
templum, petebat ab eis ut darent ipsi eleemo-
synam. Et respexerunt in eum Simon & 4
Johannes, dixeruntque ei; Intuere nos. Ipse 5
autem intuitus est eos, sperans se ab eis ali-
quid accepturum. Ait illi Simon, Aurum & 6
argentū non habeo; sed q̄ habeo, do tibi: In
nomine Dñi nostri Jesu Christi Nazareni,
surge, ambula. Et apprehendit manū ejꝰ dex- 7
teram, & erexit eū: eoq; momento obfirmati
sunt pedes ejus ac plantæ. Proinde exiliens 8
stetit & ambulavit; & ingressus est cum eis
templum, ambulans, & saliens, & glorificans
Deum. Viditque eum totus populus ambu- 9
lantem, & glorificantem Deum. Et agnove- 10
runt eum esse mendicum illum qui sedebat
quotidie, & petebat eleemosynam ad portam
quæ vocatur Speciosa: & impleti sunt stupo-
re & admiratione super eo quod acciderat.

Feriâ secundâ Candidatorum. 7.

Quumque ipse teneret Simonem & Johan- 11
nem, cucurrit totus populus mirabundus ad
eos in porticum quæ vocatur Salomonis.
Quod quum vidisset Simon, respondit & di- 12
xit eis; Viri filii Israel, quid miramini hunc
hominem, aut cur nos intuemini, quasi virtute
nostrâ aut propriâ potestate hoc effecerimus
ut iste ambularet? Deus Abraham, Isaac, & 13
Jacobi, Deus patrum nostrorum glorificavit
filium suum Jesum, illum quem vos prodidi-
stis & abnegâstis in conspectu Pilati, quum
ipse æquū judicâsset eum esse absolvendum.
Vos autem Sanctum & Justum abnegâstis, & 14
postulâstis vobis virum homicîdam ut da-
retur vobis. Illum verò principem vitæ in- 15
terfeciſtis, quem suscitavit Deus à mortuis: &
nos omnes sumus testes ejus. Et per fidem no- 16
minis sui, hunc quem videtis & nôstis, ipse
confirmavit & sanavit: & fides in illum, de-
dit huic istam sanitatem coram vobis omni-
bus. Nunc autem fratres mei, scio per er- 17
rorem vos hoc fecisse, prout fecerunt & pri-
mates vestri. At Deus, sicuti prænuntiaverat 18
per os omnium prophetarū passurum Chri-
stum ejus, ita implevit. Pœnitentiam ergò 19
agite, & convertimini, ut deleantur peccata
vestra; Et obveniant vobis tempora quietis à 20
conspectu Domini; mittátque vobis illum
qui paratus erat vobis, Jesum Messiam.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

ቁሁሉ : ብእሲ : ዘፅዉስ : ተወልደ : እገሪሁ : እምከርሠ : እሙ : ወይጸውርዎ: 2
ኵሉ : ለጢረ : ወያንብርዎ : ሩኅተ : ምኵራብ : እንተ : ስማ : ለሪያ : ከመ : 3
ይሰለል : መጽዋተ : በኅበ : እለ : ይበውኡ : ምኵሪበ::ፁ ወርሊዮሙ : ለጸጥሮስ: 4
ቈለዮሐንስ: ይበውኡ: ምኵራበ: ወስለሎሙ: መጽዋተ: የሀብሙ::ፁ ወተመይጥዎ: ጴ 5
ጥሮስ: ቈዮሐ ንስ : ኀቡሁ: ወይቤልዎ: ተመየጥ:መንገቤነ::ፁ ወተስፈወ : የሀብሙ: ለፍ 6
እሙቱ::ፁ ወይቤሎ:ጴጥሮስ:ወርቅሰ:ወብሩር:ለልብነ: ወእመዘ: ብነ: ንሁበከ: ናሁ: 7
በስሙ : ለእግዚእነ : ሊየሱስ : ክርስቶሰ : ናዝራዊ: ተንሥእ : ወሖር ::ፁ ወለኅዘ : 8
እደሁ: ዘየማነ: ወለንሠአ:ወተንሠአ:ሶቢሃ:: ወጸንዐ: እገሪሁ: ወሐቂሁ::ፁ ወሖረ: 9
መስለሆሙ : እንዘ: ይሠገር: ወቦለ: ምኵራበ: ወለእሶተ: እግዚአብሔር::ፁ ወርእ
ይዎ: ኵሉ: ሕዝብ: እንዘ:የሐወር : ወያለኵት: እግዚአብሔር::ፁ

Et fuit homo qui claudus natus fuit pedibus suis, ab utero matris suæ, & portabant eum quotidiè, & ponebant eum ad *portam templi, cujus nomen Speciosa, ut peteret eleemosynam apud eos qui ingrediebantur templum. Et vidit Petrum & Johannem ingredientes templum, & rogavit eos eleemosynam* ut *darent ei. Et conversi sunt Petrus & Johannes ad eum, & dixerunt ei; Convertere ad nos. Et sperabat quòd darent ei secundum desiderium suum. Et dixit ei Petrus, Et aurum & argentum non habemus; sed quod habemus, dabimus tibi: ecce in nomine Domini nostri Jesu Christi Nazareni, surge & ambula. Et prehendit manum ejus dextram, & sustulit eum: & surrexit statim, & confirmatus fuit pedibus ejus, & lumbis ejus. Et abiit cum iis capiens pisces: & intravit templum & laudavit Deum. Et viderunt eum omnes populi ambulantem & laudantem Deum.*

Versio VULGATA LATINA.

2 Et quidam vir, qui erat claudus ex utero matris suæ, bajulabatur: quem ponebant quotidiè ad portam templi, quæ dicitur Speciosa, ut peteret eleëmosynam ab
3 introëuntibus in templum. Is cùm vidisset Petrum & Joannem incipientes introire in templum, rogabat ut eleëmosynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus
4 cum Joanne, dixit; Respice in nos. At ille intendebat in eos, sperans se aliquid
6 accepturum ab eis. Petrus autem dixit; Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Jesu Christi Nazareni surge, & ambula.
7 Et apprehensâ manu ejus dexterâ, allevavit eum, & protinùs consolidatæ sunt ba-
8 ses ejus & plantæ. Et exiliens stetit, & ambulabat: & intravit cum illis in tem-
9 plum, ambulans, & exiliens, & laudans Deum. Et vidit omnis populus eum am-
10 bulantem, & laudantem Deum. Cognoscebant autem illum, quòd ipse erat, qui ad eleëmosynam sedebat ad Speciosam portam templi: & impleti sunt stupo-
11 re & extasi, in eo quod contigerat illi. Cùm teneret autem Petrum & Joannem, cucurrit omnis populus ad eos, ad porticum quæ appellatur Salomonis, stupentes. Videns autem Petrus, respondit ad populum; Viri Israelitæ, quid mi- 12
ramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostrâ virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob, Deus Pa- 13
trum nostrorum, glorificavit filium suum Jesum, quem vos quidem tradidistis, & negâstis ante faciem Pilati, judicante illo dimitti. Vos autem Sanctum & Ju- 14
stum negâstis, & petistis virum homicidam donari vobis: Auctorem verò vitæ 15
interfecistis, quem Deus suscitavit à mortuis, cujus nos testes sumus. Et in fide 16
nominis ejus, hunc, quem vos vidistis, & nôstis, confirmavit nomen ejus: & fides, quæ per eum est, dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium ve-
strûm. Et nunc, fratres, scio quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes ve- 17
stri. Deus autem, quæ prænuntiavit per os omnium prophetarum, pati Christum 18
suum, sic implevit. Pœnitemini igitur, & convertimini, ut deleantur peccata ve- 19
stra: Ut cùm venerint tempora refrigerii à conspectu Domini, & miserit eum, 20
qui prædicatus est vobis, Jesum Christum,

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*

2 * وَاِنَّ اِنْسَانًا اَعْرَجَ مُنْذُ جَوْفِ اُمِّهِ * كَانَ يُحْمَلُ فَيُوضَعُ كُلَّ يَوْمٍ عِنْدَ بَابِ الْهَيْكَلِ الْمُلَقَّبِ بِالْبَابِ
3 الْبَهِيِّ * لِيَحْتَدِيَ صَدَقَةً مِنَ الدَّاخِلِيْنَ اِلَى الْهَيْكَلِ * فَاِذْ اَبْصَرَ بُطْرُسَ وَيُوحَنَّا مُقْتَرِبَيْنِ
4 عَلَى الدُّخُولِ اِلَى الْهَيْكَلِ سَاَلَهُمَا صَدَقَةً * فَنَظَرَ فِيْهِ بُطْرُسُ مَعَ يُوحَنَّا وَقَالَا * اُنْظُرْ اِلَيْنَا *
5 6 * فَاَصْغَى اِلَيْهِمَا مُؤَمِّلًا اَنْ يَاْخُذَ مِنْهُمَا شَيْئًا * فَقَالَ لَهُ بُطْرُسُ * اَمَّا فِضَّةٌ اَوْ ذَهَبٌ فَمَا يُوجَدَانِ
عِنْدِي * بَلِ الَّذِي لِي اَمْلِكُهُ ذَاكَ اُعْطِيكَ اِيَّاهُ * بِاسْمِ يَسُوعَ الْمَسِيحِ النَّاصِرِيِّ قُمْ فَامْشِ *
7 8 * وَمَسَكَ بِيَدِهِ الْيُمْنَى فَاَقَامَهُ وَفِي الْحِينِ تَسَدَّدَتْ قَدَمَاهُ وَالْعَصَلُ الْمُحِيطُ بِكَعْبَيْهِ * وَنَهَضَ
9 وَاَبَا وَطَفِقَ يَمْشِي * وَدَخَلَ مَعَهُمَا اِلَى الْهَيْكَلِ مَاشِيًا * يَثِبُ مُهَلِّلًا وَيُسَبِّحُ اللّٰهَ * عَلَانِيَةً * فَاَبْصَرَ
10 كَافَّةُ الشَّعْبِ مَاشِيًا يُسَبِّحُ اللّٰهَ * وَعَرَفُوهُ اَنَّهُ هُوَ الَّذِي كَانَ جَالِسًا يَحْتَدِي الصَّدَقَةَ عِنْدَ بَابِ
الْهَيْكَلِ الْبَهِيِّ * فَاسْتَوْعَبُوا دُهُولًا وَكَيْرًا مِمَّا عَرَضَ لَهُ * * فَرَاَاهُ يَوْمَ السَّبْتِ سَابِعَ الْفَصْحِ *
11 * وَبَيْنَمَا الْاَعْرَجُ الْمُشْفِي مُمْسِكًا بِبُطْرُسَ وَيُوحَنَّا * حَاصَرَ اِلَيْهِمْ كَافَّةُ الشَّعْبِ اِلَى الْاُصْطُوَانِ
12 الْمُلَقَّبِ بِاُصْطُوَانِ سُلَيْمَانَ مُنْدَهِلِيْنَ * فَاِذْ اَبْصَرَهُمْ بُطْرُسُ اَجَابَ الشَّعْبَ * اَيُّهَا الرِّجَالُ
اَلْاِسْرَائِيلِيُّونَ لِمَ تَكْبِتُمْ مِنْ هٰذَا * وَلِمَ تَنْظُرُونَ فِينَا كَاَنَّا بِقُوَيٍّ اَوْ بِكَمَالِ تَدْبِيرِنَا جَعَلْنَا
13 هٰذَا يَمْشِي * اَلَاهُ اِبْرٰهِيمَ وَاِسْحٰقَ وَيَعْقُوبَ * اَلَاهُ اٰبَائِنَا مَجَّدَ اِبْنَهُ يَسُوعَ الَّذِي دَفَعْتُمُوهُ وَاَنْكَرْتُمُوهُ
14 بِحَضْرَةِ بِيلَاطُسَ اِذْ حَكَمَ ذَاكَ بِاِطْلَاقِهِ * فَاَنْكَرْتُمُ اَنْتُمُ الْقُدُّوسَ وَالصِّدِّيقَ * وَطَلَبْتُمْ اَنْ
15 يُوهَبَ لَكُمْ رَجُلًا قَاتِلًا * وَقَتَلْتُمْ مُبْدِئَ الْحَيَاةِ وَعَنْصُرَهَا * الَّذِي اَقَامَهُ اللّٰهُ مِنَ الْمَوْتَى * الَّذِي
16 نَحْنُ شُهُودًا لَهُ * وَبِالْاِيمَانِ بِاسْمِهِ شَدَّدَ هٰذَا الَّذِي قَدْ رَاَيْتُمُوهُ وَعَاهَدْتُمُوهُ * وَاَمَامَهُ * وَاَمَامَهُ
17 بِهِ مَلَكَهُ هٰذِهِ الصِّحَّةُ بِحَضْرَةِ جَمَاعَتِكُمْ * * سِ * * فَالْاٰنَ يَا اِخْوَتِي قَدْ عَلِمْتُ اَنَّكُمْ بِجَهَالَةٍ
18 عَمِلْتُمْ مَا فَعَلْتُمْ كَمَا فَعَلَ رُؤَسَاؤُكُمْ * فَاَمَّا اللّٰهُ فَالْمَوَاعِيدُ الَّتِي وَعَدَ بِهَا بِفَمِ جَمِيعِ اَنْبِيَائِهِ
عَنْ اٰلَمِ الْمَسِيحِ اَكْمَلَهَا هٰكَذَا * * فَرَاَاهُ يَوْمَ الْاِثْنَيْنِ ثَانِيَ سَنَةٍ بَعْدَ الْفَصْحِ *
19 20 * فَتُوبُوا اِذًا وَارْجِعُوا اِلَى اللّٰهِ لِتُمْحَا خَطَايَاكُمْ * لِكَيْمَا تُوَافِيَكُمْ اَوْقَاتُ الرَّاحَةِ وَالْاِنْبِسَاحِ
مِنْ وَجْهِ الرَّبِّ * وَيُرْسِلَ اِلَيْكُمْ يَسُوعَ الْمَسِيحَ الْمُسْتَعَدَّ لِلْخَلَاصِ *

Quidam autem claudus ex utero matris suæ bajulabatur, & ponebatur quotidie prope portam templi quæ vocatur Porta Speciosa, ut peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum. Cùm ergò 2 3
vidisset Petrum & Johannem intendentes ingressum in templum, petiit ab eis eleemosynam. Intuitus est autem in eum 4
Petrus cum Johanne, & dixerunt ambo, Aspice nos. Quare intendit in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis. Dixit autem ad eum Petrus, Sanè argentum 5 6
aut aurum non inveniuntur apud me, sed quod mihi est, quòdque possideo, id tibi do: In nomine Jesu Christi Nazareni, surge, & ambula. Et apprehendit ma- 7
num ejus dexteram, erexitque eum: & eodem tempore consolidatæ sunt plantæ ejus, & musculi adjacentes calcaneis ejus. Stetitque saliens, & cœpit ambu- 8
lare: & ingressus est cum eis in templum, ambulans, exiliens, gestiens, ac laudans Deum. Finis. Vidit autem eum univer- 9
sus populus ambulantem laudare Deum. Et scientes quòd ipse esset qui sedebat ad 10
petendam eleemosynam prope portam templi Speciosam, capti sunt stupore & admiratione ob id quod acciderat ei.

Lectio sabbathi, diei septimæ infra Pascha.

Et dum claudus ille sanitati restitutus 11
teneret Petrum & Johannem, occurrit ad eos universus populus in porticum, quæ vocatur, Porticus Salomonis, stupore affecti. Quos cùm vidisset Petrus, 12
affatus est populum; O viri Israelitæ, cur hoc miramini & cur intuemini nos quasi virtute nostrâ aut laudabili nostrâ conversatione fecerimus hunc ambulare? Deus Abrahæ & Isaac & Jacob, De- 13
us patrum nostrorum glorificavit filium suum Jesum, quem vos tradidistis & negâstis in præsentia Pilati, cùm ille judicâsset eum esse dimittendum. Vos verò 14
negâstis Sanctum & Justum, & postulâstis ut concederetur vobis vir homicida: Et occidistis principium vitæ & origi- 15
nem ejus, quem suscitavit Deus à mortuis, cui nos testes sumus. Et per fidem 16
in nomine ipsius consolidatus est hic quem vidistis & aspexistis, et confirmavit eum nomen ejus: & fides ejus in ipso tribuit ei hujusmodi integritatem in præsentia cœtûs vestri. Hucusque. Itaque ô fratres mei, jam 17
novi quòd per ignorantiam feceritis quod egistis, quemadmodum egerunt principes vestri. Verum Deus, promissa quæ pollicitus est per os omnium Prophetarum suorum de passione Christi, implevit hoc pacto.

Lectio secundæ feriæ hebdomadis secundæ post Pascha.

Pœnitentiam igitur agite, & convertimini ad Deum, ut deleantur peccata vestra: Quatenus 19
adveniant vobis tempora quietis et refrigerii à conspectu Domini, mittatque ad vos Jesum Christum paratum ad salutem: 20

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

10 ወእእመርዎ: ከመ:ውእቱ : ዘይነብር:ኖኅተ : መኵራብ: እንተ: ሰማ: ለሪያ : ወያስተፍእ
11 ሙ: ወደንገፁ: ወለንከሩ: በለእተ : ዘኮነ : ተሉመረ: በለዕሌሁ::=ፁ ወእንዘ : ይእኅዝመ
ሙ : ጴጥሮስ : ወዮሐንስ: ናሁ : ኩሉ : ሕዝብ : ኅቤሆሙ : በመደቀረ : ሰሎሞን : ድንጉ
ፀሂሙ::=ፁ

በመኃትወ : ፋሲካ : መንባብ::=ፁ

12 ፐ ወሶበ : ናእይመ: ጴጥሮስ: ወዮሐንስ : ለሕዝብ : ይቤሎሙ : ጴጥሮስ : እንትሙ:
ሰብለ: እስራሌል : መንተኑ : ታንክሩ : ዘንተ: ወኪያነሂ : መንተኑ : ትኔጽሩን:: ከመዘ:
ቡኀይልነ : ረሰይናሁ : ለዝ : ወከመዘ : በጽድቅነ : ገበርናሁ : ለዝ:ከመ : ይሑር : በእገ
13 ሪሁ::=ፁ ለመለከ : ለብረሃም : ወለመለከ : ይስሐቅ : ወለመለከ : ያዕቆብ : ለ
መለኩሙ : ለለበዊነ : ሰብሑ : ለወልዱ : ሊየሱስ : ዘለንትሙ : ዐሉክሙ : ወከሳድክ
14 ሙ : በገጸ : ጲለጦሰ: ፈቂደ : ውእቱ : ያሕይመ : ለክሙ:=ፁ ወለንትሙሰ : ከሕድክ
መወ : ለቅዱሰ : ወለጸድቅ:: ወለብደርክሙ : ብእሴ : ቀታሌ : ነፍስ : ትስለሉ : ወያ
15 ሕይው : ለክሙ::=ፁ ወለመልሐክ : ሕይወትሰ : ቀተለክመወ : ወእግዚአብሔር : ለ
16 ንሥለ : እመነ : መውታነ : ወነሳነ : ሰማዕቱ::=ፁ ወበሃይማኖተ : ስሙ : ዘንተ : ዘት
ሬእዩ : ወዘትስመዑ : ከመ : ታእመረ : ከመ : ለጽንዖ : በሰሙ : ወበሃይማኖተ : ዚለ
17 ሁ : ወወሀቦ : ለዝንቱ : ሕይወተ : በቅድሜክሙ::=ፁ ወይእዜኒ : ለኀዊነ : ለእመረ :
18 ከመ : በኢያእመሮ : ገበርክመወ : ለዝ : ከመ : መለእክቲክሙ::=ፁ ወእግዚአብሔ
ርሰ : በከመ : ለቅደመ : ነቢረ : በለፈ : ነቢያቲሁ : ከመሂ : ይትቀተል : ክርስቶስ : ለብ
19 ጸሐ : ከማሁ::=ፁ ወይእዜኒ : ነስሑ : ወተጠመቁ : ወተመየጡ : ኵልክሙ : ወይደ
መስስ : ለክሙ : ሓጢአትክሙ : ወይመጽእ : መዋዕለ : ዛህል : እመቅድመ:ገጹ : ለእግ
20 ዚለብሔር:=ፁ ወይፈንወ : ለክሙ : ለኢየሱሰ : ክርስቶስ : ዘለቅደመ:ቀቢለ:=ፁ

Et cognoverunt eum, quòd ipse erat qui sedebat ad portam, templi cujus nomen 10
erat Speciosa, & mendicabat: & obstupuerunt & admirati sunt propter quod factum fuerat signum super eum. Et quum teneret Petrum & Johannem, cu- 11
currerunt omnes populi ad eos, in porticum Salomonis, stupescentes.

In lampadibus paschatis lectio.

Et quum vidissent Petrus & Johannes populos, dixit iis Petrus; Vos viri Isra- 12
elis, quid miramini hoc? & nos, quid intuemini nos, quasi in virtute nostra fecerimus hoc, & quasi in justitia nostra fecimus hunc ut ambularet in pedibus ejus?
Deus Abraham, & Deus Isaack, & Deus Jacob, Deus patrum nostrorum glori- 13
ficavit filium suum Jesum, quem vos sprevistis & abnegâstis in conspectu Pilati volentis servare eum vobis. Et vos abnegâstis Sanctum & Justum, & vo- 14
luistis hominem animacidam petere, & servare vobis. Et principem vitæ tu- 15
cidâstis, & Deus suscitavit eum à mortuis, & nos sumus testes ejus. Et in 16
fide nominis ejus, hoc fuit quod videtis & quod auditis: ut sciatis quòd confirmavit eum in nomine ejus & in fide ejus, & dedit ei hanc vitam coram vobis.
Et nunc fratres nostri sciverunt, quòd in non cognoscendo eum, fecistis ei hoc, sicut 17
principes vestri. Et Deus sicut prænuntiavit in ore prophetarum suorum, quòd 18
Christus trucidaretur, implevit ita. Et nunc respiscite & baptizamini, & 19
convertimini omnes vos, & delebuntur vobis peccata vestra, & veniet dies misericordiæ à conspectu Dei. Et mittet vobis Jesum Christum quem præ- 20
unxit:

Quem oportet cœlum quidē ſuſcipere uſque in tempora reſtitutionis omnium, quæ locu-
21 Ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων, ὧν ἐλά-
tus eſt Deus per os *omnium* ſanctorum, ſuorum Prophetarum à ſeculo.
λησεν ὁ Θεὸς διὰ (π) στόματος πάντων ἁγίων ἀπ' αἰῶνος προφητῶν αὐτοῦ.
Moyſes quidem *enim ad patres* dixit; Quoniam Prophetam vobis reſuſcitabit Domi-
22 Μωσῆς μὲν γὰρ πρὸς τοὺς πατέρας εἶπεν, Ὅτι προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύρι-
nus Deus veſter de fratribus veſtris, tanquàm me: ipſum audietis juxta omnia quæcunq;
ος ὁ Θεὸς ὑμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα ὅσα
locutus fuerit *ad vos*. Erit autem, Omnis anima quæ non audierit Pro-
23 ἂν λαλήσῃ πρὸς ὑμᾶς. Ἔσται δέ, Πᾶσα ψυχὴ ἥτις (ρ) ἂν μὴ ἀκούσῃ τοῦ προ-
phetam illum, exterminabitur de plebe. Et omnes *autem* Prophetæ à
24 φήτου ἐκείνου, (σ) ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ. Καὶ πάντες δὲ οἱ προφῆται ἀπὸ
Samuel & deinceps, *quotcunque* locuti ſunt, & *prænuntiaverunt* dies i-
Σαμουὴλ καὶ τῶν καθεξῆς, ὅσοι ἐλάλησαν, καὶ (τ) προκατήγγειλαν τὰς ἡμέρας ταύ-
ſtos. Vos eſtis filii Prophetarū, & teſtamenti quod diſpoſuit Deus ad pa-
25 τας. Ὑμεῖς ἐστε (υ) οἱ υἱοὶ τῶν προφητῶν, καὶ τῆς διαθήκης ἧς διέθετο ὁ Θεὸς πρὸς τοὺς πα-
tres noſtros, dicens ad Abraham; Et ſemine tuo benedicen-
τέρας (φ) ἡμῶν, λέγων πρὸς Ἀβραάμ, Καὶ (χ) τῷ σπέρματί σου ἐνευλογηθήσον-
tur omnes familiæ terræ. Vobis primùm Deus reſuſcitans *puerum* ſu-
26 ται πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῆς γῆς. Ὑμῖν πρῶτον ὁ Θεὸς ἀναστήσας τὸν παῖδα αὐ-
um *Jeſum*, miſit eum benedicentem vobis, *in averti unumquemque* à
τοῦ Ἰησοῦν, ἀπέστειλεν αὐτὸν εὐλογοῦντα ὑμᾶς, ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον ἀπὸ
nequitiis veſtris,
τῶν πονηριῶν ὑμῶν.

CAP. IV. Δ'.

Loquentibus autem illis ad populum, ſupervenerunt *eis* Sacerdotes, & ma-
1 Λαλούντων δὲ αὐτῶν πρὸς τὸν λαὸν, ἐπέστησαν αὐτοῖς οἱ ἱερεῖς, καὶ ὁ στρα-
giſtratus templi, & Sadducæi, *Labore affecti propter docere eos*
2 τηγὸς τοῦ ἱεροῦ, καὶ οἱ Σαδδουκαῖοι, διαπονούμενοι διὰ τὸ διδάσκειν αὐτοὺς
populum, & *annuntiare* in *Jeſu* reſurrectionem ex mortuis. Et in-
3 τὸν λαὸν, καὶ καταγγέλλειν ἐν τῷ Ἰησοῦ τὴν ἀνάστασιν τὴν ἐκ νεκρῶν. Καὶ ἐπ-
jecerunt *eis* manus, & poſuerunt in cuſtodiam in craſtinum: erat enim
ἔβαλον αὐτοῖς τὰς χεῖρας, καὶ (α) ἔθεντο εἰς τήρησιν εἰς τὴν αὔριον· ἦν γὰρ
veſpera jam. Multi autem *audientium* verbum, crediderunt: & factus eſt nu-
ἑσπέρα ἤδη. Πολλοὶ δὲ τῶν (β) ἀκουσάντων τὸν λόγον, ἐπίστευσαν· καὶ ἐγενήθη ὁ ἀ-
4 merus virorum quaſi millia quinque. Factum eſt autem in craſtinum con-
ριθμὸς τῶν (γ) ἀνδρῶν ὡσεὶ χιλιάδες πέντε. Ἐγένετο δὲ ἐπὶ τὴν αὔριον συ-
5 gregari eorum principes & Seniores & *Scribas* in Hieruſalem: Et
αχθῆναι αὐτῶν τοὺς ἄρχοντας καὶ (δ) πρεσβυτέρους καὶ Γραμματεῖς εἰς Ἰερουσαλήμ· Καὶ
6 *Annam* principem Sacerdotum, & *Caiphan*, & *Joannem*, & *Alexandrum*, & quotquot
Ἄνναν τὸν ἀρχιερέα, καὶ Καϊάφαν, καὶ Ἰωάννην, καὶ Ἀλέξανδρον, καὶ ὅσοι
erant de genere *Pontificali*. Et ſtatuentes eos in medio, *percontati ſunt*; In
ἦσαν ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ. Καὶ στήσαντες αὐτοὺς ἐν τῷ μέσῳ, ἐπυνθάνοντο, Ἐν
7 qua virtute, aut in quo nomine feciſtis hoc vos? Tunc Petrus re-
ποίᾳ δυνάμει, ἢ ἐν ποίῳ ὀνόματι ἐποιήσατε τοῦτο ὑμεῖς; Τότε Πέτρος πλη-
8 pletus Spiritu ſancto dixit ad eos; Principes populi & ſeniores *Iſ-*
rael; Si nos hodiè dijudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo
9 ραηλ, Εἰ ἡμεῖς σήμερον ἀνακρινόμεθα ἐπὶ εὐεργεσίᾳ ἀνθρώπου ἀσθενοῦς, ἐν τίνι
iſte ſervatus eſt: Notum ſit omnibus vobis & omni plebi Iſrael, quia in
σοῦτος (ζ) σέσωσται· Γνωστὸν ἔστω πᾶσιν ὑμῖν καὶ παντὶ τῷ λαῷ Ἰσραὴλ, ὅτι ἐν τῷ
10 nomine Jeſu Chriſti Nazareni, quem vos crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitavit *ex*
ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζωραίου, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε, ὃν ὁ Θεὸς ἤγειρεν ἐκ
mortuis, in hoc iſte aſtat coram vobis ſanus. Hic eſt lapis *ni-*
νεκρῶν, ἐν τούτῳ οὗτος παρέστηκεν ἐνώπιον ὑμῶν ὑγιής. Οὗτός ἐστιν ὁ λίθος ὁ ἐξ-
11 *hili habitus* à vobis ædificantibus, *ille* factus in caput anguli. Et
ουθενηθεὶς ὑφ' ὑμῶν τῶν (η) οἰκοδομούντων, ὁ γενόμενος εἰς κεφαλὴν γωνίας. Καὶ
12 non eſt in alio *nemine* ſalus. Neque enim nomen eſt aliud ſub
οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ ἡ σωτηρία. (θ) Οὔτε γὰρ ὄνομά ἐστιν ἕτερον ὑπὸ
cœlo datum *in* hominibus, in quo oporteat *ſervari* nos.
τὸν οὐρανὸν τὸ δεδομένον ἐν ἀνθρώποις, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς.

MS. A. (π) στόματος τῶν ἁγίων ἀπ' αἰῶνος αὐτοῦ προφητῶν. Μωυσῆς μὲν εἶπεν,
Κεφ. Δ'. MS. A. (α) ἔθεντο αὐτοὺς εἰς (β) ἀκουσάντων, (γ) ἀνδρῶν χιλιάδες
Ὅτι (ρ) ἐὰν (σ) ἐξολεθρευθήσεται (τ) κατήγγειλαν (υ) οἱ υἱοὶ (φ) ὑμῶν, (χ) ἐν τῷ
(δ) τοὺς πρεσβυτέρους καὶ τοὺς Γραμματεῖς ἐν Ἰερουσαλήμ· Καὶ Ἄννας ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ Καϊάφας, καὶ Ἰωάννης, καὶ Ἀλέξανδρος, (ε) πρεσβύτεροι, Εἰ ἡμεῖς (ζ) σέσωται, (η) οἰκοδόμων,
(θ) οὐδὲ γὰρ ὄνομα ἕτερόν ἐστιν

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

Quem oportet cœlis capi uſque ad comple- 21
mentum temporum, rerum *ſcilicet* omnium
de quibus locutus eſt Deus per os ſanctorum prophetarum ſuorum qui à ſeculo *fuerunt*. Moſes enim dixit; Prophetam ſuſci- 22
tabit vobis Dominus ex fratribus veſtris ſicuti me: hunc audite in omnibus quæ collocutus fuerit vobis. Et futurum eſt ut omnis ani- 23
ma quæ non audierit prophetam illum, anima *inquam* illa pereat à populo ſuo. Et pro- 24
phetæ omnes à Samuele & iis qui poſt eum fuerunt, locuti ſunt ac prædicârunt de diebus iſtis. Vos eſtis filii prophetarum, & fœdus 25
quod iniit Deus cum patribus noſtris, dum dixit Abrahæ; In ſemine tuo benedictionem conſequentur omnes familiæ terræ, Vobiſ- 26
cum primò ſtatuit: miſitque Deus Filium ſuum benedicens vobis, ſi converſi fueritis & egeritis pœnitentiam de flagitiis veſtris.

In commemoratione Martyrum. 8.

CAP. IV.

Quumque illi hos ſermones loquerentur ad 1
populum, inſurrexerunt in eos ſacerdotes &
Saducæi, & præfecti templo: Quum excan- 2
deſcerent in eos, quippe qui docerent popu-
lum, & prædicarent in Meſſia reſurrectionem
à mortuis. Proinde injecerunt in eos manus, 3
& cuſtodierunt eos in diem poſterum, quòd
propè eſſet veſpera. Multi autem qui audie- 4
rant ſermonem, crediderunt: & erant nu-
mero circiter quinquies mille viri. Cæterùm 5
poſtero die congregati ſunt principes, & ſe-
niores, & Scribæ: Itemque Hanan ſummus 6
ſacerdos, & Caipha, & Johannes, & Alexan-
der, & quotquot erant ex genere ſummorum
ſacerdotū. Quumq; ſtatuiſſent eos in medio, 7
interrogabāt eos; Quânā virtute, aut quo no-
mine hoc feciſtis? Tunc Simon Petra reple- 8
tus eſt Spiritu ſanctitatis, & dixit eis; Princi-
pes populi, & ſeniores domûs Iſrael, audite: 9
Si nos hodie in jus vocamur à vobis propter
beneficium quod collatum eſt in hominem
ægrotum, per quid iſte ſanitati ſit reſtitutus:
Hoc notum ſit vobis, totique populo Iſrael, 10
quòd per nomen Jeſu Chriſti Nazareni, illi
quem vos in crucem egiſtis, quem Deus exci-
tavit à mortuis, per illud ipſum *inquam* ecce
ſtat iſte coram vobis ſanus. Hic eſt lapis ille 11
quem vos reprobâſtis ædificantes, ipſeque
factus eſt in caput anguli: Nec eſt in quo- 12
quam alio redemptio. Non enim eſt nomen
aliud ſub cœlo quod datum ſit hominibus, in
quo oporteat *eos* ſervari.

Verſio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.



21 ዘኪያሁ : ይሴፈው : ሰማያት : እስከ : ለመ : ያስተሪትዕ : ኵሉ : በከመ : ነበበ : እግዚአ
22 ብሔር : በለፈ : ነቢያቲሁ : ቅዱሳን : እለ : እመዓለሙ ::=: ውሴሂ : ይቤሎሙ : ለአበዊ
ነ : ነቢይ : ያነሥእ : ለክሙ : እግዚአብሔር : እመላክነ : እመአኀዊክሙ : ዘከማየ :
23 ዊኑቱ : ስምዕዎ : ኵሉ : ዘይቤለክሙ ::=: ወኵሉ : ነፍስ: እንተ : ሊትሰመዖ : ለውእቱ :
24 ነቢይ : ለትሰሮ : እመሕዝበ ::=: ወኵሉሙ : ነቢያት : እመአመ : ሰሙኤል : ወእሉሂ :
25 እመድኅሪሁ : ነገረ : ወአይድዑ : በእንተ : እሊንቱ : መዋዕል ::=: ወለእንትሙ : ውእቱ : ውሉ
ደሙ : ለነቢያት : ወለሠር ዐተ : ዘሠርዖሙ : እግዚአብሔር : ለአበዊነ : ወይቤሉ : ለአብራሃ
ም : በዘርእከ : ይትበረኩ : ኵሉ : ለሕዘበ : ምድር ::=:

Quem expectabunt cœli uſque dum reſtituat omnia, ſicut loquutus eſt Deus in ore 21
prophetarum ſuorum ſanctorum, qui fuerunt *à ſeculo. Moſes dixit patribus* 22
noſtris, Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus noſter ex fratribus veſtris
ſicut me, & eum audite in *omnibus quæ loquutus fuerit vobis. Et omnis ani-* 23
ma quæ non audiet hunc prophetam, extermina eam à populo. Et omnes pro- 24
phetæ à Samuele & qui poſt eum fuerunt, *nuntiaverunt & notitiam dede-*
runt de illis diebus. Et vos eſtis filii prophetarum, & teſtamenti quod diſ- 25
poſuit Deus patribus noſtris, & dixit Abrahamo; In ſemine tuo benedicentur
omnes populi terræ.

Versio VULGATA LATINA.

21 Quem oportet quidem cœlum suscipere usque in tempora restitutionis omnium, quæ
22 locutus est Deus per os sanctorum suorum à seculo prophetarum. Moyses quidem
dixit; Quoniam Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus ve-
23 stris, tanquam me, ipsum audietis juxta omnia quæcunque locutus fuerit vobis. Erit
autem: Omnis anima, quæ non audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe.
24 Et omnes prophetæ à Samuel, & deincèps, qui locuti sunt, annuntiaverunt dies
25 istos. Vos estis filii prophetarum, & testamenti, quod disposuit Deus ad patres
nostros, dicens ad Abraham; Et in semine tuo benedicentur omnes familiæ terræ.
26 Vobis primùm Deus suscitans Filium suum, misit eum benedicentem vobis: ut
convertat se unusquisque à nequitia sua.

CAP. IV.

1 LOquentibus autem illis ad populum, supervenerunt sacerdotes, & magistratus
2 templi, & Sadducæi, Dolentes quòd docerent populum, & annuntiarent in Jesu
resurrectionem ex mortuis: Et injecerunt in eos manus, & posuerunt eos in cu- 3
stodiam in crastinum: erat enim jam vespera. Multi autem eorum, qui audierant 4
verbum, crediderunt: & factus est numerus virorum quinque millia. Factum est 5
autem in crastinum, ut congregarentur principes eorum, & seniores, & Scribæ in
Jerusalem; Et Annas princeps sacerdotum, & Caiphas, & Joannes, & Alexan- 6
der, & quotquot erant de genere sacerdotali. Et statuentes eos in medio, inter- 7
rogabant; In qua virtute, aut in quo nomine fecistis hoc vos? Tunc repletus 8
Spiritu sancto Petrus, dixit ad eos; Principes populi, & seniores audite: Si nos 9
hodiè dijudicamur in beneficio hominis infirmi, in quo iste salvus factus est, No- 10
tum sit omnibus vobis, & omni plebi Israël: quia in nomine Domini nostri Jesu
Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitavit à mortuis, in hoc
iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobatus est à vobis ædifican- 11
tibus, qui factus est in caput anguli: Et non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud 12
nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

21 * الَّذِي يَجِبُ اَنْ يَقْبَلَهُ ٱلسَّمَآءُ اِلَى اَوْقَاتِ تَثْبِيتِ كُلِّ سَائِرِ الْاَقْوَالِ الَّتِي تَكَلَّمَ اللّٰهُ بِهَا بِفَمِ سَائِرِ
22 اَنْبِيَائِهِ الْقِدِّيسِينَ مُنْذُ الدَّهْرِ * لِاَنَّ مُوسَى قَالَ لِلْاٰبَآءِ اِنَّ ٱلرَّبَّ الْاٰهَكُمْ سَيُقِيمُ لَكُمْ مِنْ
اِخْوَتِكُمْ نَبِيًّا مِثْلِي * فَاسْمَعُوا لَهُ فِي جَمِيعِ مَا يُخَاطِبُكُمْ بِهِ * وَسَتَكُونُ كُلُّ نَفْسٍ لَا تَسْمَعُ
23 لِذٰلِكَ ٱلنَّبِيِّ وَبِطَبِيعَةٍ تَتَاصَلُ مِنْ سَمْعِهَا * وَجَمِيعُ الْاَنْبِيَآءِ مُنْذُ صَامُوئِيلَ وَالَّذِينَ بَعْدَهُ
24 كُلُّهُمْ تَكَلَّمُوا وَاَخْبَرُوا عَنْ هٰذِهِ الْاَيَّامِ * فَاَنْتُمْ هُمْ بَنُو الْاَنْبِيَآءِ وَاَوْلَادُ الْعَهْدِ الَّذِي عَاهَدَ
25 اللّٰهُ بِهِ اٰبَآءَنَا * قَائِلًا لِاِبْرَاهِيمَ * بِزَرْعِكَ تَتَبَارَكُ قَبَائِلُ ٱلْاَرْضِ كُلِّهَا * فَلَكُمْ اَوَّلًا اَقَامَ اللّٰهُ اِبْنَهُ
26 يَسُوعَ اِذْ اَرْسَلَهُ يُبَارِكُكُمْ * اِذَا ارْجَعَ كُلُّ اَحَدٍ مِنْكُمْ مِنْ شُرُورِكُمْ *

*يَوْمَ ٱلثَّلٰثَا مِنَ ٱلسَّبْتِ ٱلثَّانِيَةِ بَعْدَ ٱلْفِصْحِ * يَا *

*اَلْفَصْلُ ٱلرَّابِعُ *

1 * وَبَيْنَمَا هُمَا يُخَاطِبَانِ ٱلشَّعْبَ وَقَفَ بِهِمَا ٱلْكَهَنَةُ وَاَمِيرُ الْهَيْكَلِ وَالرُّؤَسَآءُ * مُتَوَجِّعِينَ لِتَعْلِيمِهِمَا
2 ٱلشَّعْبَ * وَاِخْبَارِهِمَا بِيَسُوعَ بِقِيَامَةِ الْمَوْتَى * فَوَضَعُوا اَيْدِيَهُمْ عَلَيْهِمَا * وَجَعَلُوهُمَا فِي الْاِعْتِقَالِ اِلَى
3 الْغَدِ * لِاَنَّ الْوَقْتَ كَانَ مَسَآءً * وَكَثِيرُونَ مِنَ الَّذِينَ سَمِعُوا اٰمَنُوا * وَصَارَ عَدَدُ النَّاسِ
4 الْمُؤْمِنِينَ مِقْدَارَ خَمْسَةِ اٰلَافٍ * فَلَمَّا صَارَ فِي الْغَدِ اجْتَمَعَ الرُّؤَسَآءُ وَالشُّيُوخُ وَٱلْكَتَبَةُ بِاُورُشَلِيمَ *
5 وَحَنَّانُ رَئِيسُ الْكَهَنَةِ وَقَيَافَا وَيُوحَنَّا وَالْاِسْكَنْدَرُ * وَجَمَاعَةُ الَّذِينَ كَانُوا مِنْ جِنْسِ
6 رِيَاسَةِ الْكَهَنُوتِ * فَاَقَامُوهُمَا فِي الْوَسَطِ وَاسْتَفْحَصُوهُمَا بِاَيَّةِ قُوَّةٍ اَوْ بِاَيِّ اسْمٍ صَنَعَا اَنْتُمَا هٰذَا *
7 حِينَئِذٍ اِمْتَلَاَ بُطْرُسُ مِنْ رُوحِ الْقُدُسِ * وَقَالَ لَهُمْ * يَا رُؤَسَآءَ الشَّعْبِ وَيَا شُيُوخَ اِسْرَائِيلَ * اِنْ
8 كُنَّا نُحَاكَمُ الْيَوْمَ عَلَى اِحْسَانٍ صُنِعَ اِلَى اِنْسَانٍ مَرِيضٍ * وَبِمَاذَا خَلَصَ هٰذَا *
9 لِيَكُنْ مَعْلُومًا عِنْدَكُمْ وَعِنْدَ كَافَّةِ شَعْبِ اِسْرَائِيلَ * اَنَّ بِاسْمِ يَسُوعَ ٱلنَّاصِرِيِّ الَّذِي
10 صَلَبْتُمُوهُ اَنْتُمْ * الَّذِي اَقَامَهُ اللّٰهُ مِنَ الْمَوْتَى * بِهِ قَامَ هٰذَا فِي وَسَطِكُمْ مُعَافًى صَحِيحًا * نَعَمْ *
11 * ذَاكَ هُوَ الْحَجَرُ الَّذِي رَذَلْتُمُوهُ اَنْتُمُ ٱلْبَنَّاؤُونَ الصَّائِرُ رَاْسًا لِلزَّاوِيَةِ * وَلَيْسَ ٱلْخَلَاصُ بِاَحَدٍ وَلَا
12 بِاٰخَرَ * وَلَا يُوجَدُ اِسْمٌ اٰخَرُ مُعْطًى لِلنَّاسِ يَجِبُ اَنْ نَخْلُصَ اِلَّا بِهِ وَحْدَهُ *

Qui oportet ut excipiatur à cœlo usque 21
ad tempora quæ confirmabunt perfectio-
nem omnium sermonum quæ locutus est
Deus per os omnium prophetarum suo-
rum sanctorum ab æterno. Nam Moses 22
ait patribus; Dominus Deus vester
suscitabit vobis de fratribus vestris Pro-
phetam mei similem: ipsum audite in
omnibus quæ vos alloquetur. Fiatque ut 23
quæcunque anima quæ non audierit Pro-
phetam illum, eique obtemperaverit, ex-
tirpetur è populo suo. Et cuncti prophetæ 24
à Samuele, & qui post eum fuerunt,
omnes loquuti sunt & annuntiaverunt
de his diebus. Vos autem estis filii pro- 25
phetarum, & filii fœderis quod pepigit
Deus cum patribus nostris, dicens ad
Abraham; In semine tuo benedicentur
familiæ terræ totius. Vobis primùm 26
suscitavit Deus filium suum Jesum,
mittens eum ut benediceret vobis,
dummodo recedat unusquisque vestrûm à
nequitiis suis.

Feriâ tertiâ hebdomadæ secundæ
post Paschа.

CAP. IV.

Dumque ipsi alloquerentur populum, 1
astiterunt eis sacerdotes, & præfectus
templi, & Sadducæi, Dolentes quòd do- 2
cerent populum, & annuntiarent per Je-
sum resurrectionem mortuorum. Qua- 3
propter posuerunt manus suas super
utrumque, injeceruntque eos in carcerem
ad crastinum usque, quoniam tempus
erat vespertinum. Multi verò ex iis 4
qui audierant sermones eorum, credi-
derunt: Et factus est numerus hominum
credentium circiter quinque millia. Cùm 5
autem fuisset postera dies, convenerunt
principes, & seniores, atque scribæ in
Jerusalem. Et Hannan princeps sacer- 6
dotum, & Caiphas, & Johannes, &
Alexander, & cœtus eorum qui erant de
genere principatûs sacerdotalis: Et sta- 7
tuentes utrumque in medio, scisciteti
sunt ab eis, Quânam virtute, aut quo
nomine fecistis vos hoc? Tunc repletus 8
est Petrus Spiritu sancto, & ait illis, O
principes populi, & ô seniores Israelis,
Siquidem hodiè judicamur ob benefi- 9
cium collatum in hominem ægrotum, &
per quid liberatus sit iste: Sit notum 10
apud vos, & apud universum populum
Israelis, quòd per nomen Jesu Nazareni
quem vos crucifixistis, quem suscita-
vit Deus à mortuis, per ipsum stetit iste
in medio vestri sanus & integer.
Hactenus. Is est lapis queni con- 11
tempsistis vos fabricatores, qui factus
est caput anguli. Nec enim est salus per 12
quemquam neque per alium, neque reperi-
tur nomen aliud concessum hominibus
per quod oporteat salvari, nisi per ipsum
solum.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

26 ለክሙኬ : ለቀደመ : እግዚአብሔር : ለእሠለቶ : ለወልዱ : ወፈነወ : ይበርክሙ : ክሙ:
ትነስሑ : እመእከየ: መግበዪክሙ::=: በዕለተ:በዓለ:ፋሲካ:መንበብ:=:
1 ፱ 0 ወእንዘ : ይነግሮሙ : ለሕዝብ : መጽሉ : ሊቃነ : ካህናት: ወመጋብተ :
2 መኰራብ: ወሰዱቃዊያን: ለዕለሆሙ:=: እስመ : ይጫህሮሙ : ሰሕዝብ : ወይነግር
3 ሙ : በእንተ : ሊየሱስ : ወሕይወተ : መውታን:=: ወለጎዝሞሙ : ወለወዐል
4 ሙ : ውዒለ : ለእስክ : ጊሠመ : እስመ : ወድለ : መሰየ::=: ወብዙኃን : እለ : ሰ
ሙዑ : ዘንተ : ነገረ : ወለሙኑ : ወኮነ : ሩልቆሙ : ለዕደው : እለ : ለሙኑ : ሥሙሰ :
5 መለተ::=: ወእሙዝ : በሰኒታ : ተጋብሉ : መለእክት : ወረበናት : ወጸሐፍት : በሉ
6 የሩሰሌመ::=: ወሐና : ሊቀ : ካህናት : ቂቀያፋ : ዮዮሐንስ : ወእለእክሰንድሮስ :
7 ወኩሉሙ : ዘመደ : ካህናት:=: ወለቀመሙ : ማእከለ : ዐወድ : ወሐተትዐ
ሙ: ወይቤልዎሙ : በሥይለ : ሙኑ : ወበስመ : ሙኑ : ገበርክሙ : ዝንተ : ለንትሙ:=:
8 ቄመልለ : መንፈስ : ቅዱሰ : ደበ : ሊጥሮስ : ሰቢሃ:: ወይቤሎሙ : ሰመዐ : መለእክ
9 ተ : እስእዝብ ፡ ወረበናት : ለእመሁ:=: ንሣነ : ንትጕነነ : በረዲሌተ : ሰብለ : መዋቲ :
10 ኣጊለ : እመሕያው : በመነት : እንከ : ሐይወ : ዝንቱ::=: ለእመረ : እንከ : ጥዩ
ቀ : ኩሉ : ቤተ : እስራሌል : ክመ : በስሙ : ለሊየሱስ : ናዝራዊ : ዘለንትሙ : ሰቀል
ክመው : ደበ : ዕፀ : ወእግዚአብሔር : ለእዝለ : እመውታን : ሐይወ : በቅድሜክ
11 ሙ : ዝንቱ: :=: እስመ : ይሕቲ : እብን : እንተ : መነንዋ : ነደቅት : ወይእቲ : ኮነት :
12 ሠስተ : ርእሰ : ማእዝንት::=: ለልቦ : እንከ : ካልእ : ሕይወተ : ወለልቦ : ካልእ :
እመ : በመትሓተ : ሰጣይ : ዘይትወሀብ : ሳእጌለ : እመሕያው : በዘ : የሐዩ::=:

Vobis igitur primùm Deus excitavit filium suum, & misit eum benedicere vobis, 26
ut respiscatis à malitia operum vestrorum.

CAP. IV.

Die festi Paschatis lectio.

ET loquentibus illis populo, venerunt principes sacerdotum, & procuratores tem 1
pli, & Saducæi contra illos: Quia docebant populos, & prædicabant iis de 2
Jesu, & vitâ mortuorum. Et prehenderunt eos, & commiserunt eos in custodi 3
am, in crastinum diem, quia jam vespera erat. Et multi fuerunt qui audierunt 4
hunc sermonem, & crediderunt: & factus est numerus virorum qui crediderunt,
quinquagesies centum. Et tunc in proximo die congregati sunt principes, & ma- 5
gistri, & scribæ in Hierusalem. Et Hana princeps sacerdotum, & Caiaphas, & 6
Johannes, & Alexander, & omnes ex genere sacerdotum. Et statuerunt eos 7
medio conventûs, & percontati sunt eos, & dixerunt iis; In potestate cujus, & in
nomine cujus fecistis hoc vos? Et plenitudo Spiritûs sancti fuit super Petrum sta- 8
tim, & dixit iis; Audite principes gentium, & magistri populi ejus: Nos diiudica- 9
mur pro auxilio dato homini à mortis periculo vitæ restituto, quomodo videlicet vi-
vus factus sit iste. Scitote igitur perfectè tota domus Israelis, quòd in nomine Jesu 10
Nazareni, quem vos suspendistis super ligno, & Deus suscitavit à mortuis,
vivit coram vobis iste. Quia hic est lapis quem reculârunt ædificantes, & 11
hic factus est in caput anguli. Et non est igitur alia vita, & non est aliud no- 12
men sub cœlo quod dabitur hominibus, quibus vivant.

Videntes autem Petri *libertatem* & Joannis, & *deprehendentes* quòd ho-
13 Θεωροῦντες δὲ τὴν τοῦ Πέτρου παῤῥησίαν καὶ Ἰωάννου, καταλαβόμενοι ὅτι ἄν-
mines *illiterati* *sint*, & idiotæ, admirabantur: cognoscebántque eos quoniam cum
θρωποι ἀγράμματοί εἰσι καὶ ἰδιῶται, ἐθαύμαζον· ἐπεγίνωσκόν τε αὐτοὺς ὅτι σὺν
Jesu fuerant: *At* hominem videntes cum eis stantem *illum*
14 τῷ Ἰησοῦ ἦσαν· (ι) τὸν δὲ ἄνθρωπον βλέποντες σὺν αὐτοῖς ἑστῶτα τὸν
curatum, nihil *habebant* contradicere. *Jubentes* autem eos extra con-
15 τεθεραπευμένον, οὐδὲν εἶχον ἀντειπεῖν. Κελεύσαντες δὲ (κ) αὐτοὺς ἔξω τοῦ συν-
cilium *abire*, conferebant ad invicem, Dicentes; Quid faciemus
16 εδρίου ἀπελθεῖν, συνέβαλλον πρὸς ἀλλήλους, Λέγοντες, Τί (λ) ποιήσωμεν
hominibus istis? quoniam quidem *enim* notum signum factum est per eos, omnibus
τοῖς ἀνθρώποις τούτοις; ὅτι μὲν γὰρ γνωστὸν σημεῖον γέγονε δι' αὐτῶν, πᾶσι
habitantibus Hierusalem manifestum, & non possumus negare. Sed
17 τοῖς κατοικοῦσιν Ἰερουσαλὴμ φανερόν, καὶ οὐ δυνάμεθα (μ) ἀρνήσασθαι. Ἀλλ'
ut ne *super plus* *perserpat* in populum, *minaciter* comminemur eis,
ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον διανεμηθῇ εἰς τὸν (ν) λαόν, ἀπειλῇ ἀπειλησώμεθα αὐτοῖς,
ne ultrà *loqui* in nomine hoc ulli hominum. Et vocantes eos,
18 μηκέτι λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ μηδενὶ ἀνθρώπων. Καὶ καλέσαντες αὐτοὺς,
denuntiaverunt *eis* omnino *non* *loqui*, neque *docere* in nomine
(ξ) παρήγγειλαν αὐτοῖς τὸ καθόλου μὴ φθέγγεσθαι, μηδὲ διδάσκειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι
Jesu. *At* Petrus & Joannes respondentes, ad eos dixerunt;
19 τοῦ Ἰησοῦ. Ὁ δὲ Πέτρος καὶ (ο) Ἰωάννης ἀποκριθέντες (π) πρὸς αὐτοὺς εἶπον,
Si justum est in conspectu Dei, vos audire potiùs quàm Deum, judicate: Non
20 Εἰ δίκαιόν ἐστιν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ὑμῶν ἀκούειν μᾶλλον ἢ τοῦ Θεοῦ, κρίνατε· Οὐ
possumus enim *nos* quæ vidimus & audivimus, non loqui. Illi *verò* commi-
31 ሰቡዕ : ዕለት : ደበውእመ:=: በተአምኖ : ረሕብ : ዘማ : ኢተሐጕለት : መስለ : ዓለ
32 ዊደን : እስመ : ተወክፈቶሙ : ለሰብለ : ዒደን : ወእድኅነቶሙ::=: መኔተ : እንከ :
እብል : ኅጠእኩ : ዘይዜነወኒ : እመጕነዱይ : ዕለቱ : በእንተ : እለ : ጌድዮን : ወበ
33 ርቅ : ወሰምሶን : ወዮፍታሔ : ወደዊት : ወሰሙኤል:: ወበዕደንሂ : ነቢያት:=: እለ:
በተአምኖ : ተገደሉ : ወእድምዑ : መንግሠተ : ተገበሩ : ጽድቀ : ወፈጸሙ : ሐፈ : ለ
34 ናብስት:=: ወለጥፋሉ: ኅይለ:እሰት: ወድኅኑ: እመሰፈ: ኵናት: ወጸንዑ:እመቀደሙቶ
35 ሙ:ወኅየሱ:በውስተ:ፀብእ:ወለስተገብሉ:ተጓይነ:ፀር:=: ወነሠእ:ለንስት:ትንሣሌ:ሞዉ
ታኒሆሙ: ወበእለሂ: ይስሕቱ: እስመ: ሊተወክፈ: መድኅኒቶሙ: ለነፍሶሙ:ኀመ:ይትዐወቁ:
36 እለ : ይረክቡ : ሕይወተ : እመዉታነ::=: ወበእለሂ : ቀሠፍሙ : ወተዛለቁ : ለዕ
37 ሌሆሙ : ወሐመይሙ : ወሞቅሕሙ:=: ወወገርሙ : ወቀተልሙ : በለፈ : መጥበ
ሕት:ወዔሉ : በመጫለት: ወበዘበድወ : ጠሊ: ተፀነሱ: ተመንደቡ: ሐሙ:=:

Per fidem cùm natus esset Moses, occultárunt eum tres menses in domo patris sui, 23
quia viderent eum, quòd venustus erat puerulus, neque veriti sunt edictum regis. Per fidem jam grandis, renuit Moses se vocari filium filiæ Pharao- 24
nis. Elegit potius malis affici cum populo Dei, quàm prosperum esse ad tempus 25
in eo quod peccatum ei esset. Quia cognovit magnificiendum esse opprobrium Chri- 26
sti præ omnibus Ægypti thesauris. Per fidem reliquit terram Ægypti, minimè 27
veritus ferociam regis, quia voluit potius timere cum qui est invisibilis, quàm qui conspicitur. Per fidem peregit paschа, & aspersit sanguinem, ne perimeret 28
primogenita eorum cum peste. Per fidem transierunt rubrum mare, vel- 29
uti per siccam terram, quod cùm tentâssent Ægyptii, absorpti sunt. Per fidem 30
concíderunt mœnia Jericho, quæ cùm per septem dies circundata fuissent, intrâ-
runt urbem. Per fidem Raab meretrix non periit cum iis qui perditi sunt, quia 31
hospitio exceperat exploratores, eosque servaverat.. Quid præterea dicam? non 32
sum enarrando à prolixitudine temporis, de iis quæ Gedeon, & Barac, & Sam-
pson, & Jepthah, & David & Samuel, reliquique prophetæ præstiterunt. Qui per 33
fidem expugnárunt & consecuti sunt regna, operati sunt justitiam, implêrunt ora
leonum, Extinxerunt vim ignis, liberati sunt ab acie gladii, fortes facti sunt præ 34
adversantibus iis, & prævaluerunt in bello, & inimicorum castra subverterunt.
Et mulieres acceperunt ex resurrectione mortuos suos: fuerunt etiam qui perditi 35
sunt, quia non acceptarent liberationem corporum suorum, ut nobum facerent qua-
les illi qui vitam consequeventur à mortuis. Et fuerunt qui flagellati sunt, & in 36
quibus illuserunt, & quos calumniati sunt, & quos in carcerem conjecerunt. Et 37
lapidárunt eos, & acie gladii interfecerunt eos, oberrárunt in melotis, & ciliciо
ex pilis caprinis, inopes, tentati, malè habiti:

Quibus non erat dignus mundus, in ſolitudinibus errantes, & montibus, & ſpelun-
38 Ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος, (γ) ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι, καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαί-
cis, & cavernis terræ. Et hi omnes teſtimonio probati per fidem,
39 οις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς. Καὶ ἔτοι πάντες μαρτυρηθέντες διὰ τῆς πίστεως,
non reportârunt repromiſſionem: Deo pro nobis melius aliquid pro-
40 οὐκ ἐκομίσαντο (δ) τὴν ἐπαγγελίαν· Τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προ-
vidente, ut non ſine nobis conſummarentur.
βλεψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι.

MS.A. (γ) ἐπὶ (δ) τὰς ἐπαγγελίας·

CAP. XII. ιβ'.

Ideóque & nos tantam habentes *circumjacentem nobis* nubem teſtium, pondus
1 Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς τοσοῦτον ἔχοντες περικείμενον ἡμῖν νέφος μαρτύρων, ὄγκον ΙΖ'
deponentes omne, & circumſtans peccatum, per patientiam curramus
ἀποθέμενοι πάντα, καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν, διὰ ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν
propoſitum nobis certamen: Aſpicientes in *illum* fidei auctorem & conſum-
2 προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα· Ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελει-
matorem Jeſum, qui *pro* propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit crucem, con-
ωτὴν Ἰησοῦν, ὃς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς, ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰ-
ſuſione contemptâ: in dexterâque *throni* Dei *ſedit*. Reco-
3 σχύνης καταφρονήσας· ἐν δεξιᾷ τε τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ (α) ἐκάθισεν. Ἀνα-
gitate enim talem *ſuſtinentem* à peccatoribus *in* ſemet-
λογίσασθε γὰρ τὸν τοιοῦτον ὑπομεμενηκότα ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς ἀν-
ipſum contradictionem, ut ne fatigemini, animis veſtris deficientes. Nondum
4 τὸν ἀντιλογίαν, ἵνα μὴ κάμητε, ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλυόμενοι. Οὔπω
uſque ad ſanguinem reſtitiſtis, adversùs peccatum repugnantes. Et
5 μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε, πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι. Καὶ
oblîti eſtis *exhortationis*, quæ vobis tanquam filiis *diſſeritur*; Fili mi,
ἐκλέλησθε τῆς παρακλήσεως, ἥτις ὑμῖν ὡς υἱοῖς διαλέγεται, Υἱέ μου,

ne parvipende diſciplinam Domini, neque *fatiſcas* ab eo *arguitus*. Quem enim
μὴ ὀλιγώρει παιδείας Κυρίου, μηδὲ ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος. Ὃν γὰρ 6
diligit Dominus, caſtigat: flagellat autem omnẽ filium, quem recipit. *Si* 7
ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν, ὃν παραδέχεται. Εἰ
diſciplinam ſuſtinetis, tanquam filiis vobis offert ſe Deus. Quis enim eſt filius,
παιδείαν ὑπομένετε, ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ Θεός. τίς (β) γάρ ἐστιν υἱὸς,
quem non corripit pater? *Si autem abſque* eſtis *diſciplina*, cujus participes facti ſunt
ὃν οὐ παιδεύει πατήρ; Εἰ δὲ χωρίς ἐστε παιδείας, ἧς μέτοχοι γεγόνασι 8
omnes, *utique nothi* eſtis, & non filii. Deindè *ipſi* quidem carnis noſtræ pa-
πάντες, (γ) ἄρα νόθοι ἐστὲ, καὶ οὐχ υἱοί. Εἶτα τοὺ μὲν τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέ- 9
tres habuimus *caſtigatores*, & reverebamur: *non* multò magis obtemperabimus
ρας παιδευτὰς, καὶ ἐνετρεπόμεθα· οὐ (δ) πολλῷ μᾶλλον ὑποταγησόμεθα τῷ
Patri ſpirituum, & vivemus? Illi quidem *enim ad paucos dies*, ſecundùm
πατρὶ τῶν πνευμάτων, καὶ ζήσομεν; Οἱ μὲν γὰρ πρὸς ὀλίγας ἡμέρας, κατὰ τὸ 10
viſum ipſis, *caſtigabant*: hic autem ad *commodum*, ad *recipiendum* ſanctificati-
δοκοῦν αὐτοῖς, ἐπαίδευον· ὁ δὲ ἐπὶ τὸ (ε) συμφέρον, εἰς τὸ μεταλαβεῖν τῆς ἁγιότη-
onem ejus. Omnis autẽ diſciplina *ad* quidem *preſens* nõ videtur gaudii eſſe, ſed mœ-
τος αὐτοῦ. Πᾶσα μὲν παιδεία πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύ- 11
roris: poſteà autem fructum *pacificum* per eam exercitatis reddet juſti-
πης· ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσι δικαιο-
tiæ. *Ideò* remiſſas manus, & ſoluta genua erigite: Et
ΙΗ' σύνης. Διὸ τὰς παρειμένας χεῖρας, καὶ τὰ παραλελυμένα γόνατα ἀνορθώσατε· Καὶ 12
greſſus rectos facite pedibus veſtris, ut non *claudum abducatur*, ſanetur autẽ 13
τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν, ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ, ἰαθῇ δὲ
magis. Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, qua ſine nemo vi-
μᾶλλον. Εἰρήνην διώκετε μετὰ πάντων, καὶ τὸν ἁγιασμὸν, οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄ- 14
debit *Dominum*, Contemplantes ne quis *deficias* à *gratia* Dei: ne qua
ψεται τὸν Κύριον, Ἐπισκοποῦντες μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ· μή τις 15
radix amaritudinis ſurſùm germinans impediat, & per illam inquinentur multi.
ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα ἐνοχλῇ, καὶ (ζ) διὰ ταύτης μιανθῶσι πολλοί.

Κεφ. ιβ'. MSA. (α) κεκάθεικεν. (β) γὰρ υἱὸς (γ) ἄρα * νοθροι καὶ οὐχ υἱοί ἐστε. (δ) πολὺ (ε) Συμφέρων, (ζ) δι' αὐτῆς μιανθῶσιν οἱ πολλοί.

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

Viri quibus indignus erat mundus, quíque 38
erant veluti errantes in deſerto & monti-
bus, & in ſpeluncis, & cavernis terræ.
Atque hi omnes, de quibus extitit teſti- 39
monium quoad fidem eorum, non ſunt
adepti promiſſionem. Quoniam Deus pro- 40
ſpexit in auxilium noſtrum, ne ſine nobis
conſummarentur.

CAP. XII.

Quamobrem & nos quum habeamus 1
omnes hoſce teſtes, qui nubium in mo-
rem undique ſepiunt nos, abjiciamus à nobis onera omnia, & peccatum quod ſem-
per nobis eſt in promptu, & cum pa-
rientia percurramus certamen illud quod pro-
poſitum eſt nobis. Et reſpiciamus in Je- 2
ſum qui fuit principium & perfector fidei
noſtræ, qui pro gaudio quod habebat, ſuſ-
tinuit crucem, & ignominiam contempſit,
demum ad dexteram throni Dei conſedit.
Quum accidit ira Divina, *ac de Job juſto*. 19.
Videte ergò quanta ſuſtinuerit à ſceleratis 3
illis qui fuerunt fibiipſis adverſarii, ne tæ-
deat vos, néve remittatur veſter animus.
Nondum perveniſtis uſque ad ſanguinem in 4
certamine quod fit adverſùs peccatum. Et 5
obliti eſtis doctrinæ illius, quam veluti filiis
diximus vobis, Fili mi ne negligas corre-
ptionem Domini, néve conſterneris ani-
mo, quum ab eo arguêris. Quem enim di- 6
ligit Dominus, caſtigat, & flagellat filios
illos quibus oblectatur. Suſtinete igitur 7
correptionem, quandoquidem tanquam
apud filios agit apud vos Deus. Quis
enim eſt filius quem non caſtigat pater ipſi-
us? Quòd ſi abſque illa caſtigatione eſtis 8
quâ quilibet caſtigatur, eſtis extranei, non
autem filii. Quòd ſi patres noſtri carna- 9
les, quum nos caſtigarent, reverebamur eos,
quantò magìs ergò debemus ſubjici patribus
noſtris ſpiritualibus, ut vivamus? Illi enim ad 10
modicum tempus, prout volebant, erudiebant
nos; Deus autem ad auxilium noſtrum, ut
participes efficiamur ſanctitatis ipſius.
Omnis porrò caſtigatio eo ipſo tempore 11
non exiſtimatur eſſe gaudii, ſed ægritudinis:
ad extremum verò fructus pacis & juſtitiæ
datura eſt illis qui per ipſam exercitati fu-
erint. *Oblatio quadrageſimalis*. 20.
Quapropter manus veſtras remiſſas, & genua 12
veſtra nutantia confirmate. Et ſemitas re- 13
ctas facite pedibus veſtris, ne membrum
claudum aberret, ſed ſanitati reſtituatur.
Curſu properate ad pacem cum omnibus, 14
& ad ſanctimoniam, ſine qua nemo videt
Dominum noſtrum. Et cavete ne quis re- 15
periatur inter vos expers gratiæ Dei: vel
ne qua radix amaritudinum producat herbã
& lædat vos, eâque multi contaminentur.

Verſio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

38 ዘኢይደልዎ : ለዓለም : ረክቡ : ወዓሉ : ውስተ : ገዳም : ወውስተ : ለድበር : ወውስተ : *Quibus indignus erat* ut *poſſideret mundus, oberrantes in deſertis, & in mon-* 38
39 ግበበ : መድር:=: ወኵሉሙ : ሰማዕተ : ኮኑ : በሃይማኖት : ወለድምዑ : ዘለሰፈወሙ: *tibus, & in ſpeluncis terræ. Atque omnes illi teſtes fuerunt de fide, &* 39
+0 እ°ዘ.ለብሕር:=: እስመ : እንተ : ትኄይስ : ርእዩ : ለነ : ከመ : ኢይሰለጡ : ዘእ *pti ſunt quod promiſerat illis Deus. Quia quod melius eſſet provideret nobis,* 40
ንበሉነ::=: *ut non ſine nobis conſummarentur.*

16

1 ወንሕነኒ : ብነ : ስማዕተ : ደመና : ወንግድፍ : እመለዕሊነ : ኵሎ : ክበደ : ወሁከተ : ኃ *CAP. XII.*
ጢለት : ወንሩጽ : በትዕግስት : ሳበ : ዘሳኑፀ : ለነ : ተፈነ::=: *PRoinde nos etiam habentes teſtium nubem, abjiciamus à nobis omne pondus* 1
& conturbationem peccati, & curramus cum patientia ad extructum nobis con-
ſeſſum.

Versio VULGATA LATINA.

38 Quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus, & spe-
39 luncis, & in cavernis terræ. Et hi omnes testimonio fidei probati, non accepe-
40 runt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur.

CAP. XII.

1 Itaque & nos tantam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus, & circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen: Aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Jesum,
2 qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contemptâ, atque in dex-
3 tera sedis Dei sedet. Recogitate enim eum, qui talem sustinuit à peccatoribus adversùm semetipsum contradictionem: ut ne fatigemini, animis vestris defi-
4 cientes. Nondum enim usque ad sanguinem restitistis, adversùs peccatum repu-
5 gnantes: Et obliti estis consolationis, quæ vobis tanquam filiis loquitur, dicens; Fili mi, noli negligere disciplinam Domini: neque fatigeris dum ab eo
6 arguëris. Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium,
7 quem recipit. In disciplina perseverate. Tanquam filiis vobis offert se Deus: quis enim filius, quem non corripit pater? Quòd si extra disciplinam estis, cu-
8 jus participes facti sunt omnes: ergò adulteri, & non filii estis. Deindè patres
9 quidem carnis nostræ, eruditores habuimus, & reverebamur eos: non multò magis obtemperabimus Patri spirituum, & vivemus?
10 Et illi quidem in tempore paucorum dierum, secundùm voluntatem suam erudiebant nos: hic autem ad id, quod utile est in recipiendo sanctificationem ejus.
11 Omnis autem disciplina, in præsenti quidem videtur non esse gaudii, sed mœroris: posteà autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet justitiæ,
12 Propter quod, remissas manus, & soluta genua, erigite,
13 Et gressus rectos facite pedibus vestris: ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur.
14 Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum:
15 Contemplantes ne quis desit gratiæ Dei: nequa radix amaritudinis sursùm germanans impediat, & per illam inquinentur multi.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

38 * الَّذِي لَمْ يَكُنِ الْعَالَمُ يَسْوَاهُمْ * وَلَا يُعَادِلُ قِيمَتَهُمْ * تَائِهِينَ فِي الْبَرَارِي وَالْجِبَالِ وَالْمَغَايِرِ وَبُهُوبِ
39 الْأَرْضِ * وَهَؤُلَاءِ كُلُّهُمْ مَشْهُودٌ لَهُمْ بِالْأَمَانَةِ وَلَمْ يَنَالُوا الْمَوَاعِيدَ *
40 لِأَنَّ اللهَ سَبَقَ فَنَظَرَ لَنَا شَيْأً أَفْضَلَ * لِكَيْلَا يُكْمَلُوا حُلْوًا مِنَّا *

Quibus mundus nec par erat, nec eorum pretio adæquabatur: errantes in desertis, & montibus, ac speluncis, & foraminibus terræ. Atque horum omnium fides testimonio comprobatur, attamen non obtinuerunt promissa. Deus enim providit nobis quiddam præstantius, ne absque nobis perfecti redderentur.

* اَلْفَصْلُ الثَّانِي عَسَرَ * * وَقِرَاءَةٌ فِي عِيدِ الْأَرْبَعِينَ شَاهِدًا *

CAP. XII.

1 * فَإِذْ لَنَا إِذًا نَحْنُ سَحَابَةٌ شُهَدَاءَ مِقْدَارُ كَثْرَتِهَا هَكَذَا عَظِيمًا مَوْضُوعَةً حَوْلَنَا * فَلْنَطْرَحْ ثِقَلَ
2 الْخَصْبِ كُلَّهُ وَالْخَطِيَّةَ السَّهْلَ اقْتِعَالُهَا * وَلْنُحَاضِرْ جَرْيًا بِالصَّبْرِ فِي الْجِهَادِ الْمَنْصُوبِ لَنَا * نَاظِرِينَ
إِلَى يَسُوعَ رَئِيسِ الْأَمَانَةِ وَمُكْمِلِهَا * الَّذِي عِوَضَ السُّرُورِ الْمَنْصُوبِ لَهُ صَابَرَ الصَّلْبَ * اِذِ اسْتَهْوَنَ
الْخَجَلَ * وَجَلَسَ فِي يَمِينِ عَرْشِ اللهِ * وَفَكِّرُوا إِذًا التَّفَكُّرَ فِيمَنْ صَبَرَ عَلَى مِثْلِ هَذِهِ الْمُقَاوَمَةِ مِنَ
3 الْخُطَاةِ فِي ذَاتِهِ * لِكَيْلَا تَكِلُّوا فَتَرْخُونَ أَنْفُسَكُمْ * لِأَنَّكُمْ مَا قَاوَمْتُمْ فِيمَا بَعْدُ الْخَطِيَّةَ * حَتَّى الدَّمِ
4 مُجَاهِدِينَ بَارِّيهَا * وَقَدْ نَسِيتُمُ الْعِرَاءَ الَّذِي يُخَاطِبُكُمْ كَبَنِينَ * * وَقِرَاءَةٌ لِلزِّلْزَلَةِ * يَا بُنَيَّ
5 لَا تَصْجَرْ مِنْ تَأْدِيبِ الرَّبِّ * وَلَا تَسْتَرِحْ إِذَا وَبَّخَكَ * فَإِنَّ الرَّبَّ يُؤَدِّبُ مَنْ يُحِبُّهُ * وَيَجْلِدُ كُلَّ ابْنٍ
6 يَقْبَلُهُ * اِصْبِرُوا فِي الْأَدَبِ فَيُذَبِّرَكُمُ اللهُ وَيُقَدِّمُكُمْ إِلَيْهِ كَبَنِينَ * مَنْ هُوَ الِابْنُ الَّذِي مَا يُؤَدِّبُهُ
7 أَبُوهُ * وَإِنْ كُنْتُمْ خَلَوْا مِنَ الْأَدَبِ الَّذِي قَدْ شَارَكَهُ الْكُلُّ * فَأَنْتُمْ إِذًا نَعُولٌ وَلَسْتُمْ بَنِينَ *
8 * ثُمَّ إِذَا كَانَ آبَاؤُنَا بَشَرِيًّا إِذَا أَدَّبُونَا نَاجِلِينَ مِنْهُمْ * أَفَلَيْسَ الْأَوْلَى بِنَا أَنْ نَخْضَعَ لِأَبِي الْأَرْوَاحِ
9 وَنَعِيشَ * لِأَنَّ أُولَئِكَ رُبَّمَا أَدَّبُوا عَلَى مَا يَصْنَعُهُ مُوَافِقًا أَيَّامًا يَسِيرَةً * وَهَذَا يُؤَدِّبُ لِمَا يُوَافِقُ
10 لِيُنَالَ مِنْ قَدَاسَتِهِ * ثُمَّ * * وَكُلُّ أَدَبٍ فِي هَذَا الْوَقْتِ الْحَاضِرِ مَا يَسْتَسِرُّ فَرَحًا بَلْ حَزَنًا * وَأَخِيرًا
11 يُعْطِي الْمُرَاضِينَ بِهِ الْعَدْلَ السَّلَامِيَّ * فَلِذَلِكَ قَوِّمُوا الْأَيَادِيَ الْخَلِعَةَ وَالرُّكَبَ الْمُسْتَرْخِيَةَ *
12 * وَاجْعَلُوا لِأَرْجُلِكُمْ طُرُقًا مُسْتَقِيمَةً * لِئَلَّا يَمِيلَ الْأَعْرَجُ بَلْ يُبْرَأَ *
13 * وَقِرَاءَةٌ فِي الْخَامِسِ وَالْعِشْرِينَ مِنْ حَزِيرَانَ * * اُطْلُبُوا السَّلَامَةَ مَعَ الْكُلِّ * وَالْقَدَاسَةَ
14 الَّتِي حَلْوًا مِنْهَا مَا يُعَايِنُ الرَّبَّ أَحَدٌ * ثُمَّ * * مُرَاقِبِينَ أَلَّا يَكُونَ أَحَدٌ مَعْوِرًا مِنْ نِعْمَةِ اللهِ * أَلَّا يَكُونَ
15 فِيكُمْ أَصْلُ مَرَارٍ يُوبِخُ إِلَى فَوْقٍ * فَيُؤْذِيَ وَيُدَنِّسَ بِهِ قَوْمٌ كَثِيرُونَ *

Quibus mundus nec par erat, nec eorum pretio adæquabatur: errantes in desertis, & montibus, ac speluncis, & foraminibus terræ. Atque horum omnium fides testimonio comprobatur, attamen non obtinuerunt promissa. Deus enim providit nobis quiddam præstantius, ne absque nobis perfecti redderentur. 38 39 40

CAP. XII.

Lectio in die festo quadraginta Martyrum.

Nos igitur, quum nubem testium tam ingentis multitudinis circum nos positam habeamus, abjiciamus totum pondus luxuriei, & peccatum facile patratu: & cum patientia cursum curramus in proposito nobis certamine: Intuentes in 1 2
Jesum caput & perfectorem fidei, qui vice propositi sibi gaudii pertulit crucifixionem, contemnens ignominiam, sedit-
que in dextera throni Dei. Repetite ergò 3
memoriam ejus qui talem sustinuit contradictionem à peccatoribus in semetipso: ne fortè viribus deficientes, re-
mittatis animos vestros. Nondum enim 4
restitistis peccato, usque ad sanguinem decertantes adversus illud. Et jam ob- 5
liti estis exhortationis quæ vos tanquam filios alloquitur;

Lectio pro terræmotu.

O fili mi, ne molestè feras disciplinam Domini, neque remissior fias quum te arguerit. Dominus enim erudit quem 6
diligit, & flagellat omnem filium quem recipit. Patientes estote in castigatione, 7
& admovebit vos Deus atque approximabit sibi tanquam filios. Quis est fi-
lius quem non castiget pater suus? Quòd 8
si estis absque castigatione in qua omnes participârunt, ergo spurii estis, & non filii. Deinde, si quum nostræ carnis pa- 9
tres nos castigant, erubescimus eos: nónne præstantius nobis est subjici patri spiri-
tuum, & vivere? Nam illi interdum, 10
prout expedire putabant, ad paucos dies castigârunt: hic verò castigat ad id
quod conducit ut impetretur ex ejus sanctitate. Finis Omnis autem casti- 11
gatio hoc præsenti tempore non percipitur esse gaudium, sed tristitia: at postremò
afferet iis qui per eam domiti fuerint, justitiam pacificam. Quapropter manus 12
luxatas & genua remissa erigite: Et 13
facite pedibus vestris vias planas, ut claudus non deviet, sed sanetur.

Lectio pro vigesima quinta Junii.

Expetite pacem cum omnibus, & sancti- 14
monian, sine qua nemo Dominum vide-
bit. Finis. Prospicientes nequis careat 15
gratiâ Dei: ne sit in vobis radix amaritudinis sursum pullulans, quæ noceat, &
per quam multi homines inquinentur.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

2 ወንትልው : ለፍጹመ : መልእክን : ሊየሱስ : ክርስቶስ : ዘተዐገሠ : ኀፍረተ : መሰቀል : ለ
ናኅሲዮ : በእንተ : ፍሥሐሁ : ዘጽኑሕ : ሎቱ : ወነበረ : በየማነ : መንበረ : እግዚአብሔ
3 ር::=: ሐልይው : እስኩ : ለዘ : ከመዝ : ተዐገሰ : እመኃንለን : ወተናገርው : በበይናቲክ
4 ሙ : ከመ : ሊትስራሕ : ነፍስክሙ : ወሊትድክሙ:=: ወዓዲ : እስከ:ለሞት : ትበጽሑ:ተ
5 ጋደልዋ : ለኃጢአት:=: ወለብድርዋ : ለትመህርተ: ተስፋክሙ: እስመ:ከመ: ውሉድ: ይ
ብለክሙ:: ለወልድየ : ሊታስተዓብ : ተግሣጸ: እግዚአብሔር : ወሊትትገሐስ : እመኔሁ:
6 ለመ:ገሠጸክ:=: እስመ:ለዘ: ለፈቀረ: ይጌሠጽ: እግዚአብሔር: ወይቀሠፍወ:ለኵሉ:
7 ወሉድ : ዘሊይትሌዘዝ:=: ለተግሣጽክሙ : ተዐገሡ : እስመ : ከመ:ውሉዱ : ያፈቅረክ
8 ሙ : እግዚአብሔር:: ሞኑ : ወሉድ: ዘሊይጌሠጸ:ለቡሁ:=: ወእመሰ: ሊገሠጹክሙ:
9 ዓንደባሪ:እንትሙ: ወሊኮንክሙ:ወሉደ:ወዓረይክሙ:ኩልክሙ::=: ሀለው:ለበዊነ: እለ:
ወለዱነ : በሥጋ : ወይጌሠጹን : ወነሐፍሮሙ:: እሮ : እንከ : ፈድፋደ : ንግነይ : ወነ
10 ትሌዘዝ : ለአቡነ : ወነሕየው:=: ወእሙንቱስ : ለንሳጤ : ሓዳጥ : መዋዕል : ይጌሥ
11 ጹነ : ወውእቱሰ : ለእንተ : ትሌይስ : ከመ : ንርከብ : ቅዳሴቲሁ::=: ኵሉ : ተግሣጽ:
ሊይመስል : ትፍሥሕት : ለጊዝሁ : ዳእሙ : ሐዘን : ወእቱ : ወድኅረሰ : ትፈሪ : ሰ
12 ለመ : ለእለ : ይገብሩ : ለቲ : ወተዐሰዮሙ : ጽድቀ::=: ወይእዜኒ : ለርቱው : እግረ:
13 ጽዉሰተ : ወእደ : ፀዉስተ:=: ወግበሩ : መንሾራኵረ : ርቱዐ : ለእገሪክሙ : ከመ :
14 ይሕየው : ሕንከሴክሙ : ወሊትትለቀፈ:=: ወትልውዋ : ለሰላመ : መስለ : ኵሉ : ወሊ
15 ትሕድጉ : ቅድሰቲክሙ:: ለእግዚአብሔርሰ:: ለልቦ : ዘርእዮ::=: ለስተኃይጹ :
ለእመቦ : ዘሊረክቦ : ጸጋ : እግዚአብሔር : ለልቦ : ዘይትረክብ : ዘበ : ለሬርው : መራር :
እንተ : ትሠርፅ : ሕማመ : እንተ : ታረኵሶሙ : ለብዙኀን::=:

Et adhæreamus perfecto principi nostro Jesu Christo, qui sustinuit opprobrium 2
crucis minimè reputans illud, pro gaudio quod ei obversabatur, & ad dextram
throni Dei consedit. Recogitate etiam illum qui talia perpessus est 3
à peccatoribus, & annuntiate de eo inter vos, ne anxia sit anima
vestra, & ne fracti sitis infirmi. Et adhuc usque ad mortem perveniſtis decer- 4
tando adversus peccatum. Et expetivit doctrinam spei vestræ, quia vobis 5
tanquam filiis loquitur, O fili mi, ne difficilem æstimaveris correptionem Do-
mini, & ne declinaveris ab eo cùm te arguerit. Nam quem diligit, corripit eum 6
Dominus, & flagellat omnem filium immorigerum. Castigationem vestram sus- 7
tinete, quia sicut filium suum diligit vos Deus: quis filius est quem non corripit pa-
ter ejus. Et si non castigant vos, filii estis peregrini, & non liberi, cùm in hoc vos 8
omnes pares fecit. Fuerunt patres nostri qui nos in carne genuerunt, & castigâ- 9
runt nos, eosque reveriti sumus: quantò igitur magis subjiciemur & obediemus
Patri nostro, & vivemus? Et ipsi quidem pro imperio ad paucos dies nos ca- 10
stigabant: hic autem in commodum, ut illius adipiscamur sanctimoniam. Omnis 11
castigatio pro tempore suo, non videtur esse gaudii sed tristitiæ: at postea fru-
ctum fert pacis iis qui eâ exercitati fuerint, & retribuit iis justitiam. Et 12
nunc igitur corrigite pedes deductos, & manus remissas: Et rectas orbitas fa- 13
cite pedibus vestris, ut sanetur claudicatio vestra, & non offendatur. Et se- 14
ctemeni pacem cum omnibus, & sanctimoniam vestram ne dimittatis, sine qua
Deum nemo videbit. Prospicite ne quis sit, qui gratiam Dei non est adeptus, 15
ne quis inveniatur in radice amaritudinis, suppullulans cruciatum quæ contaminatos reddat multos.

ΠΡΟΣ ΕΒΡΑΙΟΥΣ. ΚΕΦ. ΙΗ'. ΙΘ'. Κ'.

Ne quis fornicator aut prophanus, ut Esau: qui propter escam unam vendidit
16 Μή τις πόρνος ἢ βέβηλος, ὡς Ἠσαῦ· ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο
primogenita sua. Scitis enim quoniam & postea volens hæreditare
17 τὰ πρωτοτόκια (n) αὐτοῦ. Ἴστε γὰρ ὅτι καὶ μετέπειτα θέλων κληρονομῆσαι
benedictionem, reprobatus est: pœnitentiæ enim locum non invenit, quanquam cum
τὴν εὐλογίαν, ἀπεδοκιμάσθη· μετανοίας γὰρ τόπον οὐχ ηὗρε, καίπερ μετὰ
lachrymis exquirens eam. Non enim accessistis
18 δακρύων ἐκζητήσας αὐτήν. Οὐ γὰρ προσεληλύθατε (θ) ψηλαφωμένῳ ὄρει, ΙΘ'
& incensum ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, Et tubæ
19 καὶ κεκαυμένῳ πυρὶ, καὶ γνόφῳ, καὶ (ι) σκότῳ, καὶ θυέλλῃ, Καὶ σάλπιγγος
sonum, & vocem verborum, quam audientes deprecati sunt, non proponi
ἤχῳ, καὶ φωνῇ ῥημάτων, ἧς οἱ ἀκούσαντες παρητήσαντο μὴ (κ) προστεθῆναι
eis verbum: (Non portabant enim imperatum: Et si bestia tetigerit montem,
20 αὐτοῖς λόγον· (Οὐκ ἔφερον γὰρ τὸ διαστελλόμενον· Κἂν θηρίον θίγῃ τοῦ ὄρους,
lapidabitur, aut jaculo confodietur. Et, ita terribile erat ap-
21 (λ) λιθοβοληθήσεται), ἢ βολίδι κατατοξευθήσεται). Καὶ, οὕτω φοβερὸν ἦν τὸ φαν-
parens, Moyses dixit; Exterritus sum, & tremebundus:) Sed acces-
22 ταζόμενον, Μωσῆς εἶπεν, Ἔκφοβός εἰμι, καὶ ἔντρομος·) (μ) Ἀλλὰ προσεληλ-
sistis Sion montem, & civitatem Dei viventis, Hierusalem cœlestem, & my-
λύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἰερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυ-
riadum angelorum frequentiam, Et Ecclesiam primogenitorum in cœlis con-
23 ειάσιν ἀγγέλων πανηγύρει, Καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων (ν) ἐν οὐρανοῖς ἀπο-
scriptorum, & judicem Deum omnium, & spiritus justorum perfectorum, Et
24 γεγραμμένων, καὶ κριτῇ Θεῷ πάντων, καὶ πνεύμασι δικαίων τετελειωμένων, Καὶ
testamenti novi mediatorem Jesum, & sanguine aspersionis præstantiora loquentem præ
διαθήκης νέας μεσίτῃ Ἰησοῦ, καὶ αἵματι ῥαντισμοῦ κρείττονα λαλοῦντι παρὰ
Abel. Videte ne recusetis loquentem: si enim illi non effu-
25 τὸν Ἄβελ. Βλέπετε μὴ παραιτήσησθε τὸν λαλοῦντα· εἰ γὰρ ἐκεῖνοι οὐκ (ξ) ἐφυ-
gerunt, illum super terram recusantes negotium agentem: multò magis nos,
γον, τὸν ἐπὶ τῆς γῆς παραιτησάμενοι χρηματίζοντα, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς,

illum de cœlis aversati: Cujus vox terram movit tunc: nunc
οἱ τὸν ἀπ' οὐρανῶν ἀποστρεφόμενοι· Οὗ ἡ φωνὴ τὴν γῆν ἐσάλευσε τότε· νῦν 26
autem dementiavit, dicens; Adhuc semel ego moveo non solùm terram, sed &
δὲ ἐπήγγελται, λέγων, Ἔτι ἅπαξ ἐγὼ (ο) σείω οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ
cœlum. Illud autem; Adhuc semel, declarat mobilium translationem,
τὸν οὐρανόν. Τὸ δέ, Ἔτι ἅπαξ, (π) δηλοῖ τῶν σαλευομένων μετάθεσιν, 27
tanquam factorum, ut maneant non mobilia. Itaque regnum immobile
ὡς πεποιημένων, ἵνα μείνῃ τὰ μὴ σαλευόμενα. Διὸ βασιλείαν ἀσάλευτον 28
suscipientes, habeamus gratiam, per quam serviamus grate Deo, cum
εὐλαβείας λατρεύωμεν εὐαρέστως τῷ Θεῷ, (ρ) μετ'
reverentia & religione. Etenim Deus noster ignis consumens.
αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας. Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον. 29

CAP. XIII. ιγ'.

Κ' Ἡ Charitas fraternitatis maneat. Hospitalitatem ne obliviscimini: per hanc
Φιλαδελφία μενέτω. Τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε· διὰ ταύτης 1
enim latuerunt quidam, hospitio excipientes angelos. Mementote vinctorum, tanquam 2
γὰρ ἔλαθόν τινες, ξενίσαντες ἀγγέλους. Μιμνήσκεσθε τῶν δεσμίων, ὡς 3
simul vincti: malis pressorum, tanquam & ipsi existentes in corpore. Honorabile
συνδεδεμένοι· τῶν κακουχουμένων, ὡς καὶ αὐτοὶ ὄντες ἐν σώματι. Τίμιος 4
connubium in omnibus, & cubile immaculatum: fornicatores autem & adulteros judicabit
ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος· πόρνους (α) γὰρ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ
Deus. Pecuniæ non appetens mos: contenti præsentibus: ipse enim dixit;
ὁ Θεός. Ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος· ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν· αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν, 5
Non te deseram, neque te derelinquam: Ita ut confidentes nos dicere;
Οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλίπω· Ὥστε θαῤῥοῦντας ἡμᾶς λέγειν, 6
Dominus mihi adjutor, & non timebo quid faciat mihi homo.
Κύριος ἐμοὶ βοηθός, καὶ οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος.

MS. A. (n) ἑαυτοῦ. (θ) ψηλαφωμένῳ καὶ κεκαυμένῳ (ι) ζόφῳ, (κ) προσθῆναι (λ) λιθοβοληθήσεται. Καὶ, οὕτω (μ) Οὐ γὰρ προσιλήλυθατε (ν) ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς, (ξ) ἐξέφυγον ἐπὶ γῆς παραιτησάμενοι τὸν χρηματίζοντα, πολὺ μᾶλλον (ο) σείσω (π) δηλοῖ τῶν σαλευομένων μετάθεσιν, ὡς πεποιημένων. * Διὸ (ρ) μετ' εὐλαβείας καὶ δέους. Καὶ γὰρ ΚΕΦ. ιγ'. MS. A. (α) γὰρ

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

Aut ne quis inveniatur inter vos scortator 16
& remissus sicut Esau, qui unico edulio ven-
didit suum jus primogeniti. Scitis enim 17
eum quoque postea voluisse hæreditate be-
nedictionem adipisci, & reprobatum fuisse:
locum enim pœnitentiæ non invenit, quam-
vis cum lachrymis eam quæsivisset. Non 18
enim accessistis ad ignem ardentem & tra-
ctabilem, neque ad tenebras, & caliginem,
& procellam, Neque ad sonum cornu & 19
vocem verborum; quam qui audierunt, ef-
fugerunt ne iterum sermo cum eis habere-
tur. Non enim poterant sustinere quod in- 20
junctum fuerat, Quòd si vel bestia accesserit
ad montem, lapidibus obruatur. Et usque 21
adeò terribilis erat visio, ut Moses dixerit,
Perterritus sum ac tremebundus. Vos ve- 22
rò accessistis ad montem Sion, & ad civi-
tatem Dei viventis Jerusalem quæ est in cœ-
lis, & ad cœtus myriadum Angelorum: Et 23
ad Ecclesiam primogenitorum, qui inscri-
pti sunt in cœlis, & ad Deum judicem
omnium, spiritúsque justorum qui perfecti
fuerunt. Ad Jesum denique Mediatorem 24
testamenti novi, ad aspersionem sanguinis
ejus melius loquentis quàm Habel. Cave- 25
te ergò ne devitetis eum qui loquutus est vo-
biscum. Si enim illi non effugerunt qui de-
vitârant eum qui ipsos alloquutus est in ter-
ra, quantò minùs nos, si devitemus eum qui
nos alloquutus est de cœlis? Cujus vox 26
terram commovit: nunc autem pollicetur,
& ait; Adhuc semel, ego commovebo non
solùm terram, sed & cœlos. Per hoc au- 27
tem quod dicit, Semel, ostendit immutati-
onem eorum quæ moventur, quippe quæ
facta sint, ut permaneant ea quæ sunt mo-
tûs expertia.
Trecentorum decem & octo Patrum, Re-
gumque fidelium Commemoratione. 21.
Proinde ergò quum acceperimus regnum, 28
amplectamur gratiam per quam serviamus
ac placeamus Deo cum reverentia & timore.
Deus enim noster ignis est devorans. 29

CAP. XIII.

CHaritas fraterna permaneat in vobis. 1
Et dilectionis peregrinorum ne sitis imme- 2
mores. Per hanc enim digni fuerunt qui-
dam, quamvis non sentientes, qui exciperent
Angelos. Memores estote eorum qui vin- 3
cti sunt, perinde ac si cum eis vincti esse-
tis: mementote eorum qui afflicti sunt, tan-
quam homines qui carne induti estis. Ho- 4
norabile est conjugium in omnibus, thorus
eorum purus est. Scortatores autem & mœ-
chos, judicaturus est Deus. Ne diligat pecu- 5
niam mens vestra, sed sufficiat vobis id quod
habetis. Siquidem ipse Dominus dixit, Non te deseram neque remittam erga te manus. Proinde dicen- 6
dum est nobis confidenter, Dominus meus adjutor meus est, non timebo: quid faciat mihi homo?

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

Ne quis sit scortator & pollutus, ut Esau, qui unico edulio vendidit suum jus 16
primogeniti. Qui cupiens hæres fieri benedictionis, impossibile fuit ei: defuit- 17
que via pœnitentiæ, tametsi lachrymans quæsivisset eam. Non enim accessistis ad 18
contrectabilem ignem ardentemque, & ad caliginem, & procellam, atque hæc
valdè: Et ad sonitum tubæ, & vocem verborum, quam qui audierant, noluerunt 19
iterum sermo eorum fieret sibi: Quia non erant audiendo quod edicebatur eis. Et 20
si bestia tetigerit montem illum, lapidabitur.

Versio VULGATA LATINA.

16 Ne quis fornicator, aut profanus ut Esau: qui propter unam escam vendidit
17 primitiva sua. Scitote enim quoniam & posteà cupiens hæreditare benedictio-
nem, reprobatus est: non enim invenit pœnitentiæ locum, quanquam cum la-
18 chrymis inquisìsset eam. Non enim accessistis ad tractabilem montem, & accensibi-
19 lem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, Et tubæ sonum, & vocem
20 verborum, quam qui audierunt, excusaverunt se, ne eis fieret verbum. Non enim
21 portabant quod dicebatur: Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur. Et ita
22 terribile erat quod videbatur, Moyses dixit; Exterritus sum, & tremebundus. Sed
accessistis ad Sion montem, & civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem, & mul-
23 torum millium Angelorum frequentiam, Et Ecclesiam primitivorum, qui con-
scripti sunt in cœlis, & judicem omnium Deum, & spiritus justorum perfecto-
24 rum, Et testamenti novi mediatorem Jesum, & sanguinis aspersionem meliùs lo-
25 quentem quàm Abel. Videte ne recusetis loquentem. Si enim illi non effuge-
runt, recusantes eum qui super terram loquebatur: multò magìs nos, qui de cœ-
lis loquentem nobis avertimus. Cujus vox movit terram tunc: nunc autem re- 26
promittit, dicens; Adhuc semel: & ego movebo non solùm terram, sed & cœ-
lum. Quòd autem, Adhuc semel, dicit: declarat mobilium translationem, tan- 27
quam factorum, ut maneant ea quæ sunt immobilia: Itaque regnum immobile 28
suscipientes, habemus gratiam: per quam serviamus placentes Deo, cum metu &
reverentia. Etenim Deus noster ignis consumens est. 29

CAP. XIII. 1

CHaritas fraternitatis maneat in vobis. Et hospitalitatem nolite obliviscì, per 2
hanc enim latuerunt quidam, Angelis hospitio receptis. Mementote vinctorum, 3
tanquam simul vincti; & laborantium, tanquam & ipsi in corpore morantes. 4
Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Fornicatores enim,
& adulteros judicabit Deus. Sint mores sine avaritia, contenti præsentibus: 5
ipse enim dixit; Non te deseram, neque derelinquam: Ita ut confidenter dica- 6
mus; Dominus mihi adjutor: non timebo quid faciat mihi homo.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

16 * أَلَّا يَكُونَ فِيكُمْ أَحَدٌ زَانِيًا أَوْ نَجِسًا * كَالعِيسِ الَّذِي عِوَضَ طَعَامٍ وَاحِدٍ بَاعَ بُكُورِيَّاتِهِ *
17 * وَاعْلَمُوا لِتَعْلَمُونَ أَنَّهُ لَمَّا سَأَلَ فِيمَا بَعْدُ أَنْ يَرِثَ البَرَكَةَ خَابَ * لِأَنَّهُ مَا وَجَدَ مَكَانَ تَوْبَةٍ * وَلَقَدْ
18 طَلَبَهَا بِدُمُوعٍ * لِأَنَّكُمْ مَا دَخَلْتُمْ فِي جَبَلٍ مَلْمُوسٍ وَمُضْطَرِمٍ نَارًا * وَفِي ضَبَابٍ وَظَلَامٍ وَزَوْبَعَةٍ *
19 20 وَصَوْتِ البُوقِ * وَصَوْتِ الأَقْوَالِ اعْتَفَى مِنْهَا الَّذِينَ سَمِعُوا * أَلَّا يُزَادُوا كَلِمَةً * لِأَنَّهُمْ مَا احْتَمَلُوا
21 أَمْرَ المُوصِي * إِنْ دَنَا مِنَ الجَبَلِ وَلَوْ وَحْشٌ يُرْجَمْ * وَهَكَذَا كَانَ المُخِيلُ مَرْهُوبًا * حَتَّى أَنَّ مُوسَى
22 قَالَ إِنِّي لَخَائِفٌ مَرْعُوبٌ * لَكِنَّكُمْ قَدْ دَخَلْتُمْ إِلَى جَبَلِ صِهْيُونَ وَمَدِينَةِ الإِلَهِ الحَيِّ أُورُشَلِيمَ
23 السَّمَاوِيَّةِ * وَمَوْسِمِ رِبْوَاتِ مَلَائِكَةٍ * وَبِيعَةِ الأَبْكَارِ المَكْتُوبِينَ فِي السَّمَاوَاتِ * وَإِلَى حَصَنِ الإِلَهِ
24 قَاضِي الكُلِّ * وَأَرْوَاحِ الصِّدِّيقِينَ الكَامِلِينَ * وَإِلَى يَسُوعَ وَاسِطَةِ العَهْدِ الجَدِيدِ * وَنُضُوحِ دَمٍ
مُتَكَلِّمٍ أَكْثَرَ مِنْ دَمِ هَابِيلَ * * وَرَأَوْهُ الَّذِينَ مِنَ الجُمْعَةِ الحَادِيَةِ وَالتِّسْعِينَ *
25 * فَاحْذَرُوا أَلَّا تَسْتَعْفُوا مِنَ المُتَكَلِّمِ * لِأَنَّ أُولَئِكَ إِنْ كَانُوا مَا انْفَلَتُوا إِذِ اسْتَعْفَوْا مِنَ الوَحْيِ
الَّذِي فِي الأَرْضِ * فَكَمْ أَوْلَى بِنَا نَحْنُ كَثِيرًا أَلَّا نَنْفَلِتَ إِذِ ارْتَجَعْنَا عَنِ الوَحْيِ الَّذِي مِنَ السَّمَاوَاتِ *
26 * الَّذِي صَوْتُهُ رَعْرَعَ الأَرْضَ حِينَئِذٍ * وَوَعَدَ الآنَ قَائِلًا * لَأُزَلْزِلَنَّ أَنَا دَفْعَةً أُخْرَى أَيْضًا لَا الأَرْضَ
27 فَقَطْ * بَلِ وَالسَّمَاءَ * وَقَوْلُهُ دَفْعَةً أَيْضًا أُخْرَى يَدُلُّ عَلَى انْتِقَالِ البَرَايَا المُحَرَّكَةِ مِنْ حَيْثُ أَنَّهَا
مَصْنُوعَةٌ * لِتَثْبُتَ الأَشْيَاءُ الَّتِي لَا تَرْعَرَعُ * * السَّبْتِ الحَادِي وَالتِّسْعُونَ * وَلِسَبْتِ الغَازِرِ *
28 * فَلِذَلِكَ نَحْنُ نَتَسَلَّمُ مَمْلَكَةً لَا تَرْعَرَعُ * فَلْنَتَمَسَّكْ بِهَا نَحْنُ اللَّهَ حَتَّى نُرْضِيَهُ بِاسْتِحْيَاءٍ
29 وَوَرَعٍ * فَإِنَّ الإِلَهَنَا نَارٌ مُتْلِفَةٌ * * الفَصْلُ الثَّالِثُ عَشَرَ *
I * فَلْتَثْبُتِ المَوَدَّةُ الأَخَوِيَّةُ * لَا تَنْسَوْا كَثْرَةَ الضِّيَافَةِ * فَإِنَّ بِهَذَا أُنَاسٌ عَنْ قَوْمٍ أَضَافُوا
2 مَلَائِكَةً * اذْكُرُوا المُقَيَّدِينَ كَأَنَّكُمْ مُقَيَّدُونَ * وَالمَضْرُورِينَ كَأَنَّكُمْ وَأَنْتُمْ فِي جَسَدٍ مُتَأَلِّمٍ *
3 4 * الزَّوَاجُ مُكَرَّمٌ عَلَى كُلِّ حَالٍ * وَمَضْجَعُهُ غَيْرُ دَنِسٍ * وَاللهُ يَدِينُ الزُّنَاةَ وَالفَاسِقَةَ *
5 فَلْيَكُنْ غَيْرَ مُحِبٍّ لِلْفِضَّةِ * إِذْ يَكْتَفُونَ بِالحَاضِرَاتِ * لِأَنَّهُ هُوَ قَالَ لَسْتُ أَتْرُكُكَ وَلَنْ
6 أُهْمِلَكَ * فَلِذَلِكَ نَبْتَدِئُ نَحْنُ فَنَقُولُ * الرَّبُّ مُعِينِي فَلَنْ أَخْشَى مَا يَعْمَلُهُ بِي الإِنْسَانُ *

Ne sit inter vos quispiam scortator aut 16
pollutus ut Esau, qui pro unica esca
vendidit primogenita sua. Et quidem 17
scitis quòd cùm voluisset posteà hæres
fieri benedictionis, frustratus sit: non
enim reperit pœnitentiæ locum, quan-
vis cum lachrymis illam postulâsset. Non 18
enim introistis in montem tractabilem
& igne flagrantem, & in caliginem ac
tenebras & turbinem, Et tubæ soni- 19
tum, & vocem sermonum, quos qui au-
dierant, evitârunt, ne adjiceretur sibi
verbum: (Non enim pertulerunt jus- 20
sum imperantis, Si vel bestia ad mon-
tem accesserit, lapidetur. Et adeo ter- 21
ribilis erat qui se videndum præbebat,
ut Moses dixerit; Equidem timens
sum atque perterritus.) Sed introistis 22
in montem Sion, & urbem Dei vivi Je-
rusalem cœlestem, & conventum myria-
dum Angelorum, Et concionem primo- 23
genitorum in cœlis conscriptorum, & in
conspectum Dei judicis universorum, &
spirituum Justorum perfectorum, Et ad 24
Jesum mediatorem novi testamenti, &
profluvium sanguinis loquentis plus-
quam sanguis Habel.

Lectio feriæ tertiæ hebdomadis trigesimæ primæ.

Cavete igitur ne loquentem devitetis: 25
nam si illis non effugerunt, evitantes re-
velationem ad eos factam in terra:
quantò justius est ut nos non effugia-
mus, si revelationem nobis factam è cœ-
lis aversemur? Cujus vox tunc terram 26
concussit: nunc autem promittit, dicens;
Certè concutiam ego alterà adhuc vice
non solùm terram, sed etiam cœlum. Di- 27
cendo autem, Alterà adhuc vice, innuit
mutationem creaturarum instabilium
quatenus sunt factitiæ: ut maneant
res quæ non commoventur.

Sabbatho trigesimo primo. Item pro Sabbatho Lazari.

Quapropter nos assumentes regnum quod 28
non concutitur, habemus gratiam per
quam exhibemus Deo ministerium gra-
tum cum pudore & reverentia: Quan- 29
doquidem Deus noster est ignis consu-
mens.

CAP. XIII.

MAneat igitur fraterna charitas. 1
Ne obliviscamini amorem hospitalitatis: 2
per id enim latuit quosdam quod hospitio
exceperint Angelos. Memores estote vin- 3
ctorum, ac si cum illis vincti essetis:
& læsorum, ut qui vos etiam in corpore
sitis sicut ipsi. Honorabile est conjugi- 4
um omni modo, & concubitus ejus im-
pollutus: fornicarios autem & adulte-
vos damnabit Deus. Animus vester non 5
sit pecuniæ cupidus, contenti præsenti-
bus. Nam ipse dixit; Non te deseram,
neque te negligam. Ac proinde confida- 6
mus nos, dicamúsque, Dominus adjutor
meus, ideo non timebo quid faciat in
me homo.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

21 ወመስለ:ከመዝ:ግሩመ:ውእቱ:ዘለስተርአዮሙ:: ወሙሴሂ:ይቤ:ርዑደ: ወድንጥፀ:እነ:=
22 ወበሕቱ: በጺሖክሙ: ኀበ: ጽዮን: ሀገረ: እግዚአብሔር: ሕያው:ኢየሩሰሌመ:እንተ:በሰማ
23 ይ: ወለእለሰፍ: ፍሡሐን:=> ሚሳበረ : በሰሮ : እለ: ጽሑፍ: ለስማቲሆሙ: በሰማያት::
24 ወእግዚአብሔር : መሾንነ : ጽድቅ : ወመሾንነ : ኩሉ : ጸድቃን : ፍጹማን:=> ወለኢየሱ
ስ : መርሐ : ለሐዲስ: ለሠርዓት:: ወንዝኅተ:ደመ:ዘይሔይስ: ተናግሮ : እመዘ:ለቤል::=>
25 ዑቁ: እንከ: ሊትእበዩ: ለዘ: ተናገረክሙ: ሶበ: እሙንቱ: ሊድኅኑ : እስመ:ለበይመ:ለዘ:
ለስተርአዮሙ:እመደብር:: እፎ:እንከ:ፊድፋደ: ንሕነ: ለእለ: እመሰማይ: ተመየጠነ:=>
26 ወለድለቅለቃ : ለመድር : ቃሉ : ይእተ : ለሚረ:: ወይእዜኒ : ነገረ : ዒደ : ወይቤ : መ
ዕረ : ለነ : ወለድለቀልቃ : ለመድር : ወለኮ : ለበሕቲታ:ለመድር : ዒደ : ለሰማይኒ:::=>
27 ወዘይቤሰ፡ ዒደ : መዕረ : ያር ሊ : ኀመ : ያፈልሶ : ለዘ: ያንቀለቅል : ኀመ: ይነበር : ዘሊያ
28 ንቀለቅል:=> እስመ : መንግሠት : ዘሊያንቀለቀል : ንነሥእ:: ወብነ : ጸጋሁ : ለንተ:
29 በእንቲአሁ : ንሠውዕ : ለእግዚአብሔር : በጸሎት : ወበስሒል:=> እስመ : ለመለክነ :
እሳት : በለዊ : ውእቱ::=>

Et usque adeò formidandum erat quod apparuit iis, etiam Moses dixit; Expave- 21
factus, & tremebundus sum. Sed accessistis ad Zion civitatem Dei viventis, 22
Hierusalem cœlestem, & ad decem millia fruentium: Ad conventum primogeni- 23
torum, quorum nomina scripta sunt in cœlis: & ad Deum judicem justitiæ, ju-
dicemque omnium justorum perfectorum: Et ad Jesum ducem novi Testamen i, 24
& ad aspersionem sanguinis meliora loquentis quam sanguis Abel. Videte igi- 25
tur ne aspernemini eum, qui vos alloquitur. Si illi non effugerunt qui aversaban-
tur eum qui apparuit eis de monte, quantò igitur magis nos, si eum qui de cœ-
lis est, aversemur. Cujus vox tunc temporis concussit terram: at nunc denuntia- 26
vit adhuc, dicens; Semel concutiam etiam ego terram, & non modò terram, sed
etiam cœlos. Porrò illud quod dicit, Adhuc semel, demonstrat eorum quæ com- 27
moventur transmigrationem, ut maneant ea quæ non concutiuntur. Quia regnum 28
quod concuti non possit, sumus accepturi: ideò teneamus gratiam, per quam offeramus
Deo cum prece & supplicatione. Quia Deus noster ignis est consumens. 29

1ር

1 ወሀልዉ : በተፋቅሮ : ምሰለ : ቢጽክሙ:=> ወኢትር ስዑ: ተቀብሉ: ነግድ: እስመ: በእ
2 ንቲአሁ: በእለ : ከፊሎሙ : ወተቀበሉ : ነግደ : መለእክት::=> ኅዘንከ : ውቁሐነ : እለ:
3 ተመቅሑ : ወተሣቀዩ:በሠጋሆሙ:ከማክሙ:::=> ክቡር : ለወንበ: በእሉሰሃ:ወመስካበው
4 ኑ: ለልቦ: ስእበተ:: ለዘማዉያን : ወለእለ: የሐውሩ: ብእሲተ: ብእሲሃ: ይኩንሙ : እግዚ
5 አብሔር:::=> እንዘ: ሊታፈቅሩ:ንዋየ:ሀልው: እመኀመ: ተለክሉ: ለመልእክተክሙ: እስ
6 መ : ውእቱ : ይቤ : ሊየሓድገከ: ወሊይተሣየየከ:::=> ወይእዜኒ:ተለሚነነ: ንበል:እግዚለ
ኀብሔር:ይረድእኒ: ሊይፈርሃ:እጓለ: እመሕያው:መንተ:ይሬስየኒ:::=>

Et estote in charitate cum fratribus vestris. Et hospitalitatis ne sitis im- 2
memores, quoniam per eam fuerunt quorum sors erat etiam angelos hospitio exci-
pere. Memores estote vinctorum qui vinciuntur, & cruciantur in corpore suo, 3
veluti ipsi similiter essetis afflicti. Honorabile est conjugium ubique, & cubile eo- 4
rum qui sunt sine pollutione: scortatores autem & adulteros, judicabit Deus.
Non amantes divitias, estote contenti modò satis habetis pro ministerio vestro: 5
quia ipse dixit; Non deseram te, neque te negligam. Et nunc confidenter dicamus, 6
Deus auxiliabitur mihi, non metuam filium hominis quid mihi faciat.

Mementote ducum vestrorum, qui locuti sunt vobis verbum Dei,
7 Μνημονεύετε τῶν ἡγουμένων ὑμῶν, οἵτινες ἐλάλησαν ὑμῖν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ,
quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem. Je-
8 ὧν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς, μιμεῖσθε τὴν πίστιν. Ἰη-
sus Christus heri & hodiè ipse, & in secula. Doctrinis
9 σοῦς Χριστὸς (β) χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Διδαχαῖς ΚΑ'
variis, & peregrinis ne circumferamini. Pulchrum enim gratiâ stabiliri
ποικίλαις καὶ ξέναις μὴ (γ) περιφέρεσθε. καλὸν γὰρ χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν
cor, non escis, in quibus non sunt adjuti ambulantes. Habe-
10 καρδίαν, οὐ βρώμασιν, οἷς οὐκ ὠφελήθησαν οἱ (δ) περιπατήσαντες. Ἔχο-
mus altare, de quo edere non habent potestatem tabernaculo servientes.
μεν θυσιαστήριον, ἐξ οὗ φαγεῖν οὐκ ἔχουσιν ἐξουσίαν οἱ τῇ σκηνῇ λατρεύοντες.
Quorum enim infertur animalium sanguis pro peccato in Sancta per
11 Ὧν γὰρ εἰσφέρεται ζώων τὸ (ε) αἷμα περὶ ἁμαρτίας εἰς τὰ ἅγια διὰ τοῦ
pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Idèo &
12 ἀρχιερέως, τούτων τὰ σώματα κατακαίεται ἔξω τῆς παρεμβολῆς. Διὸ καὶ
Jesus, ut sanctificaret per proprium sanguinem populum, extra portam pas-
Ἰησοῦς, ἵνα ἁγιάσῃ διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος τὸν λαὸν, ἔξω τῆς πύλης ἔ-
sus est. Igitur exeamus ad eum extra castra, improperium
13 παθε. Τοίνυν ἐξερχώμεθα πρὸς αὐτὸν ἔξω τῆς παρεμβολῆς, τὸν ὀνειδισμὸν
ejus portantes. Non enim habemus hìc manentem civitatem, sed futuram
14 αὐτοῦ φέροντες. Οὐ γὰρ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν
inquirimus. Per ipsum ergò offeramus hostiam laudis per eum Deo,
15 ἐπιζητοῦμεν. Δι' αὐτοῦ οὖν ἀναφέρωμεν θυσίαν αἰνέσεως διαπαντὸς τῷ Θεῷ,
id est, fructum labiorum confitentium nomini ejus. At beneficen-
16 τοῦτέστι, καρπὸν χειλέων ὁμολογούντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Τῆς δ' εὐποι-
tiæ & communionis ne oblivisscmini: talibus enim hostiis beneplacet sibi De-
ΐας καὶ κοινωνίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε· τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ Θε-
us. Obedite ducibus vestris, & subjacete: ipsi enim pervigilant
17 ός. Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ ὑπείκετε· αὐτοὶ γὰρ (ζ) ἀγρυπνοῦσιν
pro animabus vestris, quasi rationem reddituri: ut cum gaudio hoc fa-
ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοντες· ἵνα μὲ χαρᾷς τοῦτο ποι-
ciant, & non gementes: inutile enim vobis hoc. Orate pro nobis.
ῶσι, καὶ μὴ στενάζοντες· ἀλυσιτελὲς γὰρ ὑμῖν τοῦτο. Πεποίθαμεν γὰρ 18
Confidimus enim quia pulchram conscientiam habemus, in omnibus pulchrè volentes
(η) πεποίθαμεν γὰρ ὅτι καλὴν συνείδησιν ἔχομεν, ἐν πᾶσι καλῶς θέλοντες
conversari. Ampliùs autem deprecor, hoc facere, ut celeriùs re-
ἀναστρέφεσθαι. Περισσοτέρως δὲ παρακαλῶ, τοῦτο ποιῆσαι, ἵνα τάχιον ἀπο- 19
stituar vobis. At Deus pacis, reducens de mortuis pa-
κατασταθῶ ὑμῖν. Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης, ὁ ἀναγαγὼν ἐκ νεκρῶν τὸν ποι- 20
ΚΒ' storem ovium magnum, in sanguine testimonii æterni, Dominum no-
μένα τῶν προβάτων τὸν μέγαν, ἐν αἵματι διαθήκης αἰωνίου, τὸν Κύριον ἡ-
strum Jesum, Aptet vos in omni opere bono, ad
μῶν Ἰησοῦν, Καταρτίσαι ὑμᾶς ἐν παντὶ (θ) ἔργῳ ἀγαθῷ, εἰς τὸ 21
faciendum voluntatem ejus: faciens in vobis beneplacitum coram se, per
ποιῆσαι τὸ θέλημα (ι) αὐτοῦ· ποιῶν ἐν ὑμῖν τὸ εὐάρεστον ἐνώπιον αὐτοῦ, διὰ
Jesum Christum: cui gloria in secula seculorum. Amen. Ro-
Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. Παρακα- 22
go autem vos, fratres, sufferte verbum solatii: etenim per bre-
λῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, ἀνέχεσθε τοῦ λόγου τῆς παρακλήσεως· καὶ γὰρ διὰ βρα-
via misi vobis. Cognoscite fratrem Timotheum absolutum:
χέων ἐπέστειλα ὑμῖν. Γινώσκετε τὸν (κ) ἀδελφὸν Τιμόθεον ἀπολελυμένον· 23
cum quo, (si celeriùs venerit,) videbo vos. Salutate omnes du-
μεθ' οὗ, (ἐὰν τάχιον ἔρχηται,) ὄψομαι ὑμᾶς. Ἀσπάσθε πάντας τοὺς ἡγου- 24
ces vestros, & omnes Sanctos. Salutant vos illi de Ita-
μένους ὑμῶν, καὶ πάντας τοὺς ἁγίους. ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀπὸ τῆς Ἰτα-
lia. Gratia cum omnibus vobis. Amen.
λίας. Ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν. 25

Ad Hebræos scripta est ab Italis per Timotheum.
(†) Πρὸς Ἑβραίους ἐγράφη ἀπὸ τῆς Ἰταλίας διὰ Τιμοθέου.

Ἐν στίχοις ψγ'.

MS. A. (β) ἐχθὲς (γ) περιφέρεσθαι. (δ) περιπατῆσαντες. (ε) αἷμα εἰς τὰ (ζ) ἀγρυπνοῦσιν, ὡς λόγον ἀποδώσοντες ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν· ἵνα (η) πεποίθαμεν γὰρ (θ) ἔργῳ καὶ λόγῳ ἀγαθῷ, (ι) αὐτοῦ· αὐτῷ (κ) ἀδελφὸν ···ν Τιμόθεον (†) Πρὸς Ἑβραίους ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

Estote memores ductorum vestrorum, qui 7
locuti sunt vobiscum sermonem Dei: con-
siderate exitum conversationum ipsorum, &
imitemini fidem illorum. Jesus Christus herì, 8
& hodiè idem ipse est, & in æternum.

Horâ nonâ Parascenes Crucifixionis, & de Sacerdotibus. 22.

Doctrinis peregrinis & variis, ne circumfe- 9
ramini. Melius est enim ut per gratiam con-
firmemus corda nostra, quàm per cibos:
nullam enim perceperunt utilitatem qui ver-
sati sunt in illis. Habemus autem altare ex 10
quo non licet edere iis qui tabernaculo mi-
niſtrant. Siquidem animalium illorum, quo- 11
rum inferebat sanguinem summus pontifex
in Sanctuarium pro peccatis, caro concre-
mabatur extra castra. Propter hoc Jesus, 12
ut sanctificaret populum suum sanguine pro-
prio, extra civitatem passus est. Enimverò 13
nos quoque exeamus ad eum extra castra, in-
duti opprobrio ipsius: (Non enim habe- 14
mus civitatem hìc permanentem, sed futu-
ram illam expectamus.) Et per ipsum at- 15
tollamus hostias laudis semper Deo, hoc est
fructus labiorum confitentium nomini ejus.
Nec obliviscamini commiserationis & com- 16
municationis in pauperes: per has hostias
homo gratus est Deo. Parete gubernatori- 17
bus vestris, & estote dicto illis audientes:
ipsi enim vigilant pro animabus vestris,
quippe qui vestri rationem reddituri sint, ut
cum gaudio hoc faciant, & non cum gemiti-
bus: quoniam non expedit vobis. Orate 18
pro nobis. Confidimus enim nos habere
bonam conscientiam, quia in omnibus volu-
mus bene conversari. Vehementer efflagito à 19
vobis ut hoc faciatis, quò citiùs restituar vo-
bis. Ille autem Deus pacis qui eduxit ex mor- 20
tuis magnũ illũ pastorem gregis per sangui-
nem testamẽti æterni, hoc est Jesum Christum
Dñm nostrum, Ipse perfectos vos reddat in 21
omni opere bono, ut exequamini voluntatem
ipsius: & ipse agat in nobis quod bonum est
coram ipso per Jesum Christum, cui sit laus
in seculum seculorum, Amen. Peto autem à 22
vobis fratres mei, ut longanimes sitis in ser-
mone consolationis, quoniam paucis scripsi
vobis. Cæterùm scitote fratrem nostrum 23
Timotheum solutum esse; & si citò venerit,
cum eo vos invisam. Postulate pacem eorum 24
omnium qui præsunt vobis, omniumque San-
ctorum. Postulant pacem vestram quotquot 25
sunt ex Italia. Gratia cum omnibus vobis,
Amen.

*Epistolæ ad Hebræos ex Italia Romana scri-
ptæ, missæque per Timotheum.*
FINIS.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

7 ተዘከሩ : መኳንንቲክሙ : ቃለ : እግዚአብሔር : ዘነገርናክሙ:: ወናሁ : ዘከመ :
8 ትራእዩ : ንባቦተ : ደኅሪተ : ምጻእቱ : ለዓለም:: ተመሰሉ : ኪያየ : በሃይማኖቱ::=:
9 ለሊየሱስ : ክርስቶስ : ዘትማልሙ : ወዮሙ : ወእቱ : እስከ : ለዓለም::=: ሊትመ
ጽሉ : ነኪረ : ትምህርተ : ካልእ : ሠናየ : ጸጋሁ : ያስተፈሥሕ : ልበ : ወእኮ : በ
10 መባልዕት : ወሊይበቍሥሙ : ለእለ : እንሶስዉ::=: ወብነ : ለታዊነ : መሠዋዕ: ወሊይ
ከወኖሙ : ይብልዑ: እመኔሁ :እለ : የሐርሙ : ለደበተራ::=:

*Memores estote præpositorũ vestrorũ qui vobis locuti sumus sermonem Domini: & 7
ecce quemadmodũ contemplamini postremã vivendi rationem in exitu de mundo. 8
Imitamini me in fide Jesu Christi, qui herì, & hodiè est usque in æternum. Peregri- 9
nam alterius cujusquam doctrinam ne infertote. Bonum est gratiâ exhilaretur cor,
& non eduliis, quæ non profuerunt illis qui in ipsis ambulârunt. Habemus fratres 10
nostri altare, de quo non est fas edere iis qui devovent se tabernaculo.*

Versio VULGATA LATINA.

7 Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum
8 intuentes exitum conversationis, imitamini fidem. Jesus Christus heri, & ho-
9 die: ipse & in secula. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Optimum
est enim gratiâ stabilire cor, non escis: quæ non profuerunt ambulantibus
10 in eis. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui taberna-
11 culo deserviunt. Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in
12 Sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Propter quod
& Jesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus
13 est. Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium ejus portantes.
14 Non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus.
15 Per ipsum ergò offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labio-
16 rum confitentium nomini ejus. Beneficentiæ autem, & communionis nolite
17 oblivisci: talibus enim hostiis promeretur Deus. Obedite præpositis vestris,
& subjacete eis. Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus
vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes: hoc enim non
expedit vobis. Orate pro nobis: confidimus enim quia bonam conscien- 18
tiam habemus in omnibus bènè volentes conversari. Amplius autem depre- 19
cer vos hoc facere, quò celerius restituar vobis. Deus autem pacis, qui 20
eduxit de mortuis pastorem magnum ovium, in sanguine testamenti æterni,
Dominum nostrum Jesum Christum, Aptet vos in omni bono, ut faciatis 21
ejus voluntatem: faciens in vobis quod placeat coram se per Jesum Chri-
stum: cui est gloria in secula seculorum. Amen. Rogo autem vos, fratres, 22
ut sufferatis verbum solatii. Etenim perpaucis scripsi vobis. Cognoscite 23
fratrem nostrum Timotheum dimissum: cum quo (si celerius venerit) videbo
vos. Salutate omnes præpositos vestros, & omnes Sanctos. Salutant vos de 24
Italia fratres. Gratia cum omnibus vobis. Amen. 25

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

7 * فِراآهْ بِرِسمِ الآباءْ * *تَذكَروا مُدَبِّريكُم الَّذينَ خاطَبوكُم بِكَلامِ اللهِ * اِذ يَقيدون
8 بَطرُكم في نُعوتِ بَصرِهِم فَمُتَسبِهون بِأَمانيهِم * يَسوعُ المَسيحُ أَمسِ وَاليَوم * وَهوَ اِلَى الدُّهورِ. نَم *
9 * اَلتَعالِيمِ المُتَلَوِّنَة وَالغَرِيبَة لا تَمِيلوا مَعَها * لِأَنَّ حَسَناً هُوَ اَن يَثبُتَ القَلبُ بِالنِعمَة لا
10 بِالأَغذِيَةِ الَّتي لَم يَنتَفِع بِها الَّذينَ تَصَرَّفوا بِها * لَنا مَذبَحٌ لَيسَ لِلَّذينَ يَخدُمونَ الخِباءَ سُلطانٌ
11 اَن يَأكُلوا مِنهُ * لِأَنَّ دَمَ الحَيَواناتِ الَّذي كانَ يُقَدَّمُ عَنِ الخَطايا بِرَئيسِ الكَهَنَةِ اِلَى المَقادِسِ *
12 كانَت أَجسامُها تُحرَقُ خارِجَ المُعَسكَرِ * فَلِذلِكَ اِيسوعُ لِيُقَدِّسَ الشَعبَ بِدَمِهِ تَألَّمَ خارِجَ البابِ *
13 * فَلنَخرُجَن اِذاً اِلَيهِ خارِجَ المُعَسكَرِ حامِلينَ عارَهُ * لِأَنَّ لَيسَ لَنا هاهُنا مَدينَةٌ ثابِتَة * لَكِنَّا
14 نَلتَمِسُ العَتيدَة * فَبِهِ نُرفِعُ كُلَّ وَقتٍ اِلَى اللهِ ضَحِيَّةَ التَسبيحِ الَّتي هِيَ ثَمَرُ الشِفاهِ ساكِراتٍ
15 لِاسمِهِ * لا تَنسَوُا الاِحسانَ اِلَى الضُعَفاءِ وَالمُساركَة * لِأَنَّ بِمِثلِ هٰذِهِ الضَحايا يَرتَضي اللهُ * نَم *
16 * فِراآهْ لِلقِدّيسِ الكَبيرِ بَيقولاوس * *أَدعوا لِمُدَبِّريكُم وَاطيعوهُم * لِأَنَّهُم يَسهَرونَ عَن
17 اَنفُسِكُم كَمَن يُعطونَ عَنكُم جَوابًا * لِيَعمَلوا هٰذا بِفَرَحٍ وَلا يَتَنَهَّدونَ * فَاِنَّ هٰذا غَيرُ مُوافِقٍ لَكُم *
18 * صَلّوا عَنّا فَاِنّا واثِقونَ اَنَّ لَنا ضَميرٌ جَيِّدٌ في كُلِّ سيرَةٍ * مُوَيِّنينَ اَن تُنصَرَفَ نُصرَةً مَحمودَةً *
19 * وَأَسأَلُكُم اَن تَعمَلوا هٰذا مُتَكاثِرًا لِكَي أَرجِعَ اِلَيكُم سَريعًا * وَاِلٰهُ السَلامَةِ المُتَناسِ مِنَ المَوتى
20 يَسوعُ راعِي الغَنَمِ المُعَظَّمُ بِدَمِ العَهدِ الأَبَدِيِّ * رَبُّنا يَسوعُ * يُوَطِّدُكُم في كُلِّ عَمَلٍ صالِحٍ *
21 لِتَعمَلوا مَشيَتَهُ * صانِعًا بِنا الأَمرَ المَرضِيَ أَمامَهُ بِيَسوعَ المَسيحِ * الَّذي لَهُ المَجدُ اِلَى الدُّهورِ آمين *
22 * وَأَسأَلُكُم اَيُّها الاِخوَةُ اَن تَحمِلوا كَلامَ التَعزِيَةِ * لِأَنّي اِنَّما كَتَبتُ بِأَقوالٍ يَسيرَةٍ * عَرِّفوا الأَخ
23 تيموثاوس المُطلَقَ المَصيَ * الَّذي اِن جاءَ سَريعًا ساعايَتُكُم مَعَهُ * فَنَبلُغُ جَماعَةَ رَسائِلِكُم وَكافَّة
24 القِدّيسينَ * يُسَلِّمُ عَلَيكُم الَّذينَ مِن اِيطالِيَا * النِعمَةُ مَعَ جَماعَتِكُم آمين *
veram gratiam Dei, hanc *inquam* in qua
statis. Postulat pacem vestram Ecclesia e- 13
lecta quæ est in Babel, & Marcus filius meus.
Postulate pacem mutuam cum osculo sancto. 14
Pax cum omnibus vobis qui in Christo estis,
Amen.

Epistolæ Petri Apostoli primæ,
FINIS.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA.*

ወእለኒ፡የሐሙ፡በእንተ፡ፈቃዱ፡ለእግዚአብሔር፡ለያሚሳፅኑ፡ነፍሶሙ፡ኀበ፡ምእመን፡ፈጣ 19
ሪ፡በገቢረ፡ሠናይ።።=፨

ፒ

ወለእለሰ፡ይትለሀቁ፡እመኔክሙ፡ለእስተብቍዕዎሙ፡በሕግ፡ልሂቅ፡ወከመ፡ዘእመዕ፡ውእቱ።። 1
ወበእንተ፡ዝንቱ፡ሕማሙ፡ለክርስቶስ፡ለዘሀለወ፡ያስተርኢ፡በሰብሐቲሁ፡ኀሙ፡ትኩኑ፡ 2
ሱታፎ።=፨ ወረዳዩ፡መርዓቶ፡ለእግዚአብሔር፡ዘሀለወ፡ኀቤክሙ፡እንዘ፡ተዓቅ
ብወሙ፡ወሊትቅንይወሙ፡በኵናህ፡ለለ፡በጽድቅ፡በእንተ፡እግዚአብሔር፡እንዘ፡ 3
ሊትትሬብኦሙ፡ለለ፡በመልለ፡ልብክሙ፡በትፍሥሕት።=፨ እንዘ፡ሊትትሣየጾ፡ 4
ሕዝቦ፡ለርሉያ፡ኩንዎሙ፡ለመርዔቱ።።=፨ ኀመ፡ለመ፡ያስተርኢ፡እግዚኡ፡ለኖ
ሳዊ፡ትንሥኡ፡ለክቢለ፡ስብሐት፡ዘሊይጸመሂ።=፨ ወኀጣሁ፡ለእትሙኒ፡ወሪዙት፡ 5
ተሸነኑ፡ለእለ፡ይልህቁክሙ፡ወኵልክሙ፡ተመሀርዋ፡ለሊትሕቶ፡ርእስክሙ፡እስ
መ፡እግዚአብሔር፡ያሓስሮሙ፡ለዕቡያን፡ወያኀብሮሙ፡ለእለ፡ያቴሕቱ፡ርእሶ 6
ሙ፡።=፨ ለትሕቱ፡እንከ፡ርእሰክሙ፡ታሕተ፡እዴሁ፡ለእግዚአብሔር፡ጽንዕት፡
ኀመ፡ያልዕልክሙ፡ለመ፡ይሔወጸክሙ።።=፨ ወኵሎ፡ሕሊናክሙ፡ግድፈ፡ለ 7
ዕለ፡እግዚአብሔር፡እስመ፡ውእቱ፡ይሔሊ፡በእንቲአክሙ።።=፨

Et afflictionem patientes propter voluntatem Dei in sinu recondant animas eo- 19
rum apud fidelem creatorem benefaciendo.

CAP. V.

Et eos qui senuerunt è vobis, precor ego secundùm legem senioris, & sicut is qui 1
testis fuit, & de hac afflictione Christi comparituri in gloria sua, ut sitis participes
ipsius. Et pascite gregem Dei qui est apud vos, custodientes eum, & ne dominamini 2
coactè, sed cum æquitate propter Deum, non lucrum recipientes ab eo, sed in plenitu-
dine cordis vestri in gaudio, Non negligeatis populum suum: exemplo estote gregi 3
suo: ut quum apparuerit Dominus pastoris, recipiatis coronam gloriæ immar- 4
cescibilem. Et similiter vos quidem juvenes subjecti estote senioribus vestris, 5
& omnes vos discite subjicere vosmetipsos: quia Deus contemnit superbos, &
honore afficit eos qui subjiciunt seipsos. Subjicite igitur vosmetipsos sub ma- 6
nu Dei forti, ut extollat vos quum visitaverit vos. Et omnem solicitudinem 7
vestram injicite in Deum, quia ipse solicitus erit pro vobis.

Versio VULGATA LATINA.

19 Itaque & hi, qui patiuntur secundùm voluntatem Dei, fideli Creatori commendent animas suas in benefactis.

CAP. V.

1 SEniores ergò, qui in vobis sunt, obsecro, consenior & testis Christi passio-
2 num: qui & ejus, quæ in futuro revelanda est, gloriæ communicator: Pasci-
te qui in vobis est gregem Dei, providentes non coactè, sed spontaneè secundùm
3 Deum: neque turpis lucri gratiâ, sed voluntariè: Neque ut dominantes in
4 cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cùm apparuerit princeps pastorum,
5 percipietis immarcescibilem gloriæ coronam. Similiter, adolescentes, subditi
estote senioribus. Omnes autem invicèm humilitatem insinuate, quia Deus super-
bis resistit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur sub potenti ma- 6
nu Dei, ut vos exaltet in tempore visitationis: Omnem solicitudinem vestram 7
projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrii estote, & vigilate: 8
quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem de-
voret: Cui resistite fortes in fide: scientes eandem passionem ei, quæ in mun- 9
do est, vestræ fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui vocavit nos in 10
æternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confir-
mabit, solidabitque. Ipsi gloria, & imperium in secula seculorum. Amen. 11
Per Silvanum fidelem fratrem vobis, ut arbitror, breviter scripsi: obsecrans & 12
contestans, hanc esse veram gratiam Dei, in qua statis. Salutat vos Ecclesia, 13
quæ est in Babylone coëlecta, & Marcus filius meus. Salutate invicèm in os- 14
culo sancto. Gratia vobis omnibus, qui estis in Christo Jesu. Amen.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

19 * حي ان الذين يتالمون ويصابون كما بوبر مسيه الله * فيما انه خالق امين * يسودع
انفسهم في العمل الصالح * الفصل الخامس * اتصرع الي القسوس 1
الذين فيكم انا القس نظيرهم * والشاهد بالام المسيح * وشريك المجد العتيد استعلانه * ان 2
ترعوا رعية الله التي فيكم * مراقبين لا تربعا اضطرارا بل احتيارا * لا لغايدة قبيحة * ولا
لربح سمج * بل بنشاط * لا كمن يسودون دوي مراتب الكهوت * بل تصيرون رسوما وقدوة 3
للرعية * حي اذا ظهر رييس الرعاة تحتصبون اكليل المجد الذي لا يصمر * كذلك 4 5
والشباب يخضعوا للسيوح * وكافتكم فليخضع احدكم للاخر * اشملوا التواضع فان الله
يقاوم المستكبرين ويعطي المتواضعين نعمه * فراءة لمرقص الرسول * فاتضعوا 6
تحت يد الله العزيز ليعليكم في اوان الاستعلاء * وهمكم كله القوه عليه * فله الاهتمام بنا * 7
فيقوا يقظوا * فان المحال معاندكم يجول كالسبع الزاير * طالبا انسانا يبتلعه * فقاوموه 8 9
ممكنين في الامانه * واعلموا انكم تكملون اسباب الالام انفسها باحويكم التي في
العالم * والاه كل نعمة الداعي اياكم الي مجده الابدي يسوع المسيح لتالموا قليلا * هو 10
يوبكم ويوطدكم ويقويكم ويوسسكم * الذي له المجد والعز الي ابد الدهور امين * 11
وهذه كتبها بالقاط يسير اليكم على حسب صبي * على يد سلوانوس الاخ الامين * 12
منصرعا ومتوسلا ان تكون نعمه الله هذه التي وقعتم فيها باثبا احكم * 13
الكنان التي ببابل التي معنا ومرقص ابني * ليقبل بعضكم بعضا بقبلة قديسة * السلام 14
معكم يا جميع الذين في كنيه يسوع المسيح امين *

* كملت رسالة القديس بطرس * صلاته تحفظنا امين *

* والسبح لرب المجد دايما ابدا امين *

Itaque qui patiuntur & affliguntur ut libet voluntati Dei, utpote conditor est fidelis, commendatas habet animas illorum in opere bono. 19

CAP. V.

ROgo presbyteros qui inter vos sunt 1 *ego presbyter æquè ac ipsi, & testis passionum Christi, & consors gloriæ revelandæ, ut pascatis gregem Dei, qui inter* 2 *vos est, excubantes excubias non coactas, sed spontaneas: non ob turpem quæstum & lucrum inhonestum, sed prompto animo: Non ut qui dominantur* 3 *constituti in dignitatibus sacerdotii, sed sitis exemplaria & norma gregis: ut quùm apparuerit princeps pastorum,* 4 *obtineatis gloriæ coronam quæ nunquam languescet. Similiter & juvenes sub-* 5 *jecti sint senioribus: & omnes, alii aliis subditi estote. Amplectimini humilitatem; quoniam Deus resistit superbis, humilibus autem dat gratiam.*

Lectio pro Marco Apostolo.

Submittite vos igitur sub potenti manu 6 *Dei, ut extollat vos in tempore exaltationis: Et curam vestram omnem, in* 7 *eum conjicite: nam illi cura est de nobis. Expergiscimini, vigilate; quia ca-* 8 *lumniator adversarius vester vagatur ut leo rugiens, quærens quem deglutiat. Resistite ergò illi, constantes in fide: &* 9 *scitote quòd vos impletis causas earundem passionum in fraternitate vestra quæ in mundo est. Deus autem omnis gra-* 10 *tiæ, qui vocavit vos ad gloriam suam sempiternam per Jesum Christum, ut aliquantulum patiamini, ipse vos corroboret, confirmet, vires suppeditet, fundet-* 11 *que. Cui gloria & potestas in æternitates seculorum, Amen. Atque hæc pau-* 12 *cis verbis scripsi vobis secundùm sensum meum per Sylvanum fratrem fidelem: deprecans & obsecrans, ut gratia Dei hæc in qua statis, vera sit ac firma. Osculatur vos Ecclesia electa quæ est Ba-* 13 *bylone, quæ nobiscum est, & Marcus filius meus. Alter vestrûm osculetur alte-* 14 *rum osculo sancto. Pax vobiscum & omnes qui estis in charitate Jesu Christi, Amen.*

Finis epistolæ sancti Petri, cujus oratio nos tueatur. Amen.

Laus Domino gloriæ sempiternæ ac perpetuæ, Amen.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

8 ጥበቡ : እንከ : ወለጥብቡ : ልብክሙ : እስመ : ጸላኢክሙ : ጎኒነ : ይጥህር : ከመ: ለነ
9 በሰ : ወየሓሥሥ : ዘይውሕጥ::=: ለጽንዑ : ቀዊሙ : በሃይማኖትክሙ : እነዘ : ተአመ
10 ሩ : ሕማሞ : ለዝ : ዓለመ : ወለጽንዕኮሙ : ለተፈቅሮ::=: ወእግዚአብሔርሰ : ዘበኵ
ሉ : ኵብር : ጸውዓክሙ : ውስተ : ዓለመ : ዚለሁ : ወስብሐቲሁ : በክርስቶስ : ኢየሱስ :
ወሕደጠ : ሓሚሞክሙ : ውእቱ : ይፈጽመ : ለክሙ : ወያጸንዓክሙ : ወያቤብወክሙ::=:
11 ውእቱ : ዘሎቱ : ሓይል : ለዓለመ : ዓለመ : ለዊን::=: መስለ : ስልዋናስ : እጐነ :
12 መእመን : በከመ : ሐለይኩ : ሕደጠ : ጸሐፍኩ : ባክሙ : እነዘ : ለስተበቍዓክሙ : ከ
መ:በሰሚዕት : ትሙን :ዘቲ : እንተ : በለማን:ስብሐቲሁ : ለእግዜአብሔር : እንተ : በቲ :
13 ትቀውሙ::=: ትሌመሓክሙ : እንተ: በቢሎን : ሳሪት: ወማርቆስ : ወልድየ:=: ተአመ
14 ሩ:በይናቲክሙ: በለመሓ: ተፈቅሮ: ወተሰናለው: ኵልክሙ: እሰ: በክርስቶስ: ሀለወክ
ሙ::=:

መልእት : መልእክተ: ጴጥሮስ: ቀዳሚት:ጸሎቱ: ትሑን:ምስሌነ: ለዊን::
ወለዊን::=:

Prudentes estote igitur, & intelligere facite cor vestrum, quia adversarius 8
vester diabolus rugit sicut leo, & quærit quem devoret: Firmiter resistite 9
per fidem vestram, scientes afflictionem hujus mundi, & confirmate charita-
tem. Et Deus qui ad omnem honorem vocavit vos in seculum suum, & glo- 10
riam suam per Christum Jesum, & quum modicum afflicti fueritis, ipse per-
fectos reddet vos: & confirmabit vos, & intelligere vos faciet. Ipse, cui 11
potestas in seculum seculorum, Amen. Cum Sylvano fratre nostro fideli, ut ex- 12
istimavi, pauca scripsi vobis, obsecrans vos ut testimonio sit hæc verè glo-
ria Dei in qua statis. Salutat vos quæ est Babylone, electa congregatio, & 13
Marcus filius meus. Salutate vos invicèm cum salutatione charitatis, & 14
confirmamini omnes vos qui in Christo estis.

Completa est Epistola PETRI prior, oratio ejus sit nobiscum, Amen, & Amen.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΑ ΤΗ͂Σ ΠΕ'ΤΡΟΥ ΚΑΘΟΛΙΚΗ͂Σ ΔΕΥΤΕ'ΡΑΣ 'ΕΠΙΣΤΟΛΗ͂Σ, ΈΧΟΝΤΑ 'ΥΠΟΔΙΑΙΡΕ'ΣΕΙΣ.

Α' Περὶ κλήσεως τ῀ ἐν πίσει ἔργοις βεβαιουμένης τοῖς τῆς ἀρετῆς, κ) ἐλπίδι τῶν μελ- Γ'
λόντων ἀγαθῶν.

Β' Παραγγελία οἰς ὑπόμνησιν τ῀ διδασκαλίας μ῀ τ῀ ἀνάλισιν αὐτ῀· κ) ὅπως ἐν ὅρᾳ Θα- Δ'
βὰχ τ῀ τῦ Θεῦ τὸν τῦ ὑ῀ ἐπήκουσε φωνῆς.

Περίῤῥησις ἀπατηλῆς ἐπαναστάσεως αἱρετικῶν, ἀσεβάς τε αὐτῶν, καὶ μελλόσης καλάσεως.

Ἐπανάληψις τὸν κακίας ἀνθρώπων αἱρετικῶν. ἐν ᾧ, ὅτι αἰφνιδίως ἦξει ὁ Χριςὸς ὅπι Ϛωτελοία τῶδε τῦ αἰῶνος. ὥςε δ῀ν ὑπερπίζεσθαι πάσῃ ἀρετῇ.

EPISTOLA PETRI CATHOLICA SECUNDA.

(†) ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΕΤΡΟΥ ΚΑΘΟΛΙΚΗ ΔΕΥΤΕΡΑ. ΚΕΦ. Α'. Β'.

CAP. I. α'.

1 ΣΥΜΕΩΝ Πέτρος δοῦλος καὶ ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῖς ἰσότιμον ἡμῖν λαχοῦσι πίστιν ἐν δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χρι-
2 στοῦ· Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη πληθυνθείη ἐν ἐπιγνώσει τοῦ Θεοῦ, (α) καὶ A'
3 Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν· Ὡς (β) πάντα ἡμῖν τῆς θείας δυνάμεως
αὐτοῦ τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν δεδωρημένης, διὰ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ κα-
4 λέσαντος ἡμᾶς (γ) διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς· Δι' ὧν τὰ μέγιστα ἡμῖν καὶ
τίμια ἐπαγγέλματα δεδώρηται, ἵνα διὰ τούτων γένησθε θείας κοινωνοὶ φύσε-
5 ως, φυγόντες τῆς ἐν (δ) κόσμῳ ἐν ἐπιθυμίᾳ φθορᾶς. (ε)Καὶ αὐτὸ τοῦτο
δὲ πασαν σπουδὴν παρεισενέγκαντες, ἐπιχορηγήσατε ἐν τῇ πίστει ὑμῶν τὴν
6 ἀρετὴν, ἐν δὲ τῇ ἀρετῇ τὴν γνῶσιν, Ἐν δὲ τῇ γνώσει τὴν ἐγκρά-
τειαν, ἐν δὲ τῇ ἐγκρατείᾳ τὴν ὑπομονὴν, ἐν δὲ τῇ ὑπομονῇ τὴν εὐσέ-
7 βειαν, Ἐν δὲ τῇ εὐσεβείᾳ τὴν φιλαδελφίαν, ἐν δὲ τῇ φιλαδελ-
φίᾳ τὴν ἀγάπην. Ταῦτα γὰρ ὑμῖν (ζ) ὑπάρχοντα, καὶ πλεονάζοντα, οὐκ
8 ἀργοὺς οὐδὲ ἀκάρπους καθίστησιν εἰς τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπίγνω-
σιν. ὯΙ γὰρ μὴ πάρεστι ταῦτα, τυφλός ἐστι, μυωπάζων, λήθην λα-
9 βὼν τοῦ καθαρισμοῦ τῶν πάλαι αὐτοῦ (η) ἁμαρτιῶν. Διὸ μᾶλλον, ἀδελφοὶ,
B' 10 σπουδάσατε βεβαίαν ὑμῶν τὴν (ϑ) κλῆσιν καὶ ἐκλογὴν ποιεῖσθαι· Ταῦτα
γὰρ ποιοῦντες οὐ μὴ (κ) πταίσητέ ποτε. Οὕτω γὰρ πλουσίως ἐπιχορηγηθή-
11 σεται ὑμῖν ἡ εἴσοδος εἰς τὴν αἰώνιον βασιλείαν τοῦ (λ) Κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰη-
σοῦ Χριστοῦ. Διὸ οὐκ ἀμελήσω ὑμᾶς ἀεὶ ὑπομιμνήσκειν περὶ τούτων,
12 καίπερ εἰδότας, καὶ ἐστηριγμένους ἐν τῇ παρούσῃ ἀληθείᾳ. Δίκαιον δὲ ἡγοῦ-
13 μαι, ἐφ' ὅσον εἰμὶ ἐν τούτῳ τῷ σκηνώματι, διεγείρειν ὑμᾶς ἐν (ν) ὑπο-
μνήσει· Εἰδὼς ὅτι ταχινή ἐστιν ἡ ἀπόθεσις τοῦ σκηνώματός μου, καθὼς
14 καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐδήλωσέ μοι. Σπουδάσω δὲ καὶ
15 ἑκάστοτε ἔχειν ὑμᾶς μετὰ τὴν ἐμὴν ἔξοδον, τὴν τούτων μνήμην ποιεῖσθαι.

(†) Titulus non apparet.

Κεφ. α'. MS.A. (α) καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ (β) τὰ πάντα (γ) ἰδίᾳ δόξῃ καὶ ἀρετῇ· Δι' ὧν τὰ μέγιστα καὶ τίμια ὑμῖν ἐπαγγέλματα (δ) τῷ κόσμῳ (ε) Καὶ αὐτοὶ δὲ (ζ) παρόντα, (η) ἁμαρτημάτων. (ϑ) σπουδάσατε, ἵνα διὰ τῶν καλῶν ὑμῶν ἔργων βεβαίαν (ι) κλῆσιν (κ) πταίσητε· Οὕτως (λ) Κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ (μ) Διὸ μελλήσω (ν) τῇ ὑπομνήσει·

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

EPISTOLA SECUNDA PETRI.

CAPUT PRIMUM.

Lectio montis Tabor. 1.

SImon Petrus ſervus & Apoſtolus Jeſu 1
Chriſti, iis qui æquè pretioſâ fide nobiſcum
digni facti ſunt per juſtitiam Domini & Ser-
vatoris noſtri Jeſu Chriſti: Gratia & pax 2
multiplicetur vobis per agnitionem Domini
noſtri Jeſu Chriſti: Quippequi omnia quæ 3
ad potentiam Dei pertinent, ad vitam cul-
túmque divinum dedit per agnitionem illi-
us qui vocavit nos in gloriam ſuiipſius, &
virtutis: Per quæ maxima vobis promiſſa 4
atque honores donavit, ut per hæc ſitis con-
ſortes naturæ Divinæ, fugientes à corrupti-
one cupiditatum, quæ eſt in mundo. Sed 5
& in hoc ipſum omni à vobis curâ collatâ,
adjicite ad fidem veſtram, virtutem: Ad vir-
tutem verò, ſcientiam: Ad ſcientiam ve- 6
rò, temperantiam: ad temperantiam verò,
tolerantiam: ad tolerantiam verò, cultum
Dei: Ad cultum verò Dei, amorem fra- 7
ternitatis: ad amorem autem fraternitatis,
charitatem. Hæc enim quum vobis adſint 8
& exuberent, haud otioſos, nec infructuo-
ſos conſtituent vos in cognitione Domini
noſtri Jeſu Chriſti. Nam is apud quem iſta 9
non reperiuntur, cæcus eſt nihil videns, &
oblitus eſt purgationem peccatorum ſuorum
præcedentium. Illud verò magìs curate 10
fratres mei, ut per opera veſtra bona voca-
tionem & electionem veſtram firmam effici-
atis: hæc enim facientes nunquam labemini.
Hâc enim ratione copiosè miniſtrabitur vo- 11
bis aditus æterni regni Domini & Salvato-
ris noſtri Jeſu Chriſti. Et hac de re non 12
deſiſtam ab his ſemper vobis ſuggerendis,
tametſi & *id* ſciatis, & innixi ſitis huic ve-
ritati. Juſtum autem eſſe mihi videtur, quan- 13
diu ſum in hoc corpore, excitare vos com-
monitione: Quum ſciam obitum corpo- 14
ris mei brevi futurum, ſicut & Dominus no-
ſter Jeſus Chriſtus notum fecit mihi. Sata- 15
gite autem & *illud* ſemper habere, ut etiam
poſt exitum meum, horum mentionem fa-
ciatis.

Verſio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

መልእክተ : ጴጥሮስ : ዳግሚት : እመጴጥሮስ : ልሉከ::=>

a

1 እመሓበ : ስመይነ : ኬፋ : ገብረ: ወልሉኩ : ለእግዚእነ:ሊየሱስ : ክርስቶስ : ለእለ : ነሐ
ብር : ክብረ : ወሃይመናት : እንተ : ከፈለነ: በጽድቁ:ለእመላክነ : ወፈሪቂነ : ሊየሱስ : ክር
2 ስቶስ::=> ሰገሰ : ወሰለመ : ይብዛኅ : ጣእከቤክሙ:: በለእመርቱ : ለለመላክነ : ሊ
3 የሱስ : ክርስቶስ : እግዚእነ::=> በኀመ : ኵሉ: ዚእነ:መለኮቱ: ወኀይሉ : ዘለሕይወት:
በለመልኮቱ : እንተ : ተውህበት : ለነ : በለእመርቱ : ለዘ: ጸውዓነ : ውስተ : ስብሐቲሁ::
ወውስተ : ሠናይቱ::=>

Epistola Beati PETRI *Apostoli secunda.*

Versio VULGATA LATINA.

CAPUT I.

1 SImon Petrus, servus & Apostolus Jesu Christi, iis qui coæqualem nobiscum
2 sortiti sunt fidem in justitia Dei nostri, & Salvatoris Jesu Christi. Gratia vobis
3 & pax adimpleatur in cognitione Dei, & Christi Jesu Domini nostri: Quomodò omnia nobis divinæ virtutis suæ, quæ ad vitam & pietatem donata sunt,
4 per cognitionem ejus, qui vocavit nos propriâ gloriâ & virtute, Per quem maxima & pretiosa nobis promissa donavit: ut per hæc efficiamini divinæ consortes
5 naturæ: fugientes ejus, quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem. Vos autem curam omnem subinferentes, ministrate in fide vestra virtutem, in virtute
6 autem scientiam, In scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patien-
7 tiam, in patientia autem pietatem, In pietate autem amorem fraternitatis, in
8 amore autem fraternitatis charitatem. Hæc enim si vobiscum adsint, & superent; non vacuos, nec sine fructu vos constituent in Domini nostri Jesu Christi cognitione. Cui enim non præstò sunt hæc, cæcus est, & manu tentans, oblivionem ac-
9 cipiens purgationis veterum suorum delictorum. Quapropter, fratres, magis sat-
10 agite, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis: hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter ministrabitur vo-
11 bis introitus in æternum regnum Domini nostri, & Salvatoris Jesu Christi. Pro-
12 pter quod incipiam vos semper commonere de his, & quidem scientes & confirmatos vos in præsenti veritate. Justum autem arbitror quamdiu sum in hoc
13 tabernaculo, suscitare vos in commonitione: Certus quòd velox est depositio
14 tabernaculi mei, secundùm quod & Dominus noster Jesus Christus significavit
15 mihi. Dabo autem operam & frequenter habere vos post obitum meum, ut horum memoriam faciatis.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA.*

Epistola Catholica
SANCTI PETRI
SECUNDA.
CAP. I.
Lectio feriæ sextæ hebdomadis trigesimæ tertiæ post Pentecosten.

* رِسَالَةُ ٱلْقِدِّيسِ بِطْرُسَ ٱلْجَامِعَةُ ٱلثَّانِيَةُ *

* ٱلْفَصْلُ ٱلْأَوَّلُ *

* قِرَاءَةُ ٱلْجُمُعَةِ مِنَ ٱلْجُمُعَةِ ٱلثَّالِثَةِ وَٱلثَّلَاثِينَ بَعْدَ ٱلْعَنْصَرَةِ *

1 * مِنْ سِمْعَانَ بِطْرُسَ عَبْدِ وَرَسُولِ يَسُوعَ ٱلْمَسِيحِ إِلَى ٱلَّذِينَ قَدْ حَصَلَهُمُ ٱلْأَمَانَةُ ٱلْمُكَرَّمَةُ عِنْدَنَا
2 وَعِنْدَهُمْ بِٱلسَّوَاءِ بِعَدْلِ ٱلْإِلٰهِ وَمُخَلِّصِنَا يَسُوعَ ٱلْمَسِيحِ * لِتَكْثُرْ لَكُمُ ٱلنِّعْمَةُ وَٱلسَّلَامَةُ بِمَعْرِفَةِ
3 ٱلْإِلٰهِ وَيَسُوعَ رَبِّنَا * بِمَا أَنَّ قُوَّةَ ٱلْإِلٰهِ قَدْ أَعْطَتْنَا سَائِرَ ٱلْمَنَاقِبِ ٱلْمُؤَدِّيَةِ إِلَى ٱلْحَيَاةِ وَٱلدِّيَانَةِ
4 بِمَعْرِفَةِ ٱلَّذِي دَعَانَا إِلَى ٱلْمَجْدِ وَٱلْفَضِيلَةِ * ٱللَّتَيْنِ بِهِمَا مَنَحَنَا ٱلْمَوَاعِيدَ ٱلْمُكَرَّمَةَ
وَٱلْجَسِيمَةَ * لِكَيْ بِهِمَا تَصِيرُوا شُرَكَاءَ ٱلطَّبِيعَةِ ٱلْإِلٰهِيَّةِ * هَارِبِينَ مِنَ ٱلْفَسَادِ ٱلَّذِي فِي ٱلشَّهْوَةِ فِي
5 ٱلْعَالَمِ * بَاذِلِينَ كَافَّةَ حِرْصِكُمْ فِي هٰذَا نَفْسِهِ أَنْ تُبْرِزُوا فِي أَمَانَتِكُمُ ٱلْفَضِيلَةَ * وَفِي ٱلْفَضِيلَةِ
6 ٱلْمَعْرِفَةَ * وَفِي ٱلْمَعْرِفَةِ ٱلْحَمِيَّةَ * وَفِي ٱلْحَمِيَّةِ ٱلصَّبْرَ * وَفِي ٱلصَّبْرِ ٱلتَّدَيُّنَ ٱلْبَهِيَّ * وَفِي
7 ٱلدِّيَانَةِ ٱلْمَحَبَّةَ ٱلْحَسَنَةَ ٱلْأُخُوَّةَ * وَفِي مَحَبَّةِ ٱلْأُخُوَّةِ ٱلْمَحَبَّةَ * فَإِنَّ هٰذِهِ إِذَا كَانَتْ فِيكُمْ مَوْجُودَةً وَمُتَكَاثِرَةً *
8 فَمَا تَجْعَلُكُمْ بَطَّالِينَ وَلَا غَيْرَ مُثْمِرِينَ فِي مَعْرِفَةِ رَبِّنَا يَسُوعَ ٱلْمَسِيحِ * لِأَنَّ مَنْ لَيْسَتْ هٰذِهِ
9 ٱلْفَضَائِلُ حَاصِلَةً فِيهِ فَهُوَ أَعْمَى مَكْفُوفُ ٱلْبَصَرِ * قَدْ أَسْتَمْلَهُ نِسْيَانُ تَطْهِيرِ خَطَايَاهُ قَدِيمًا *

* قِرَاءَةُ لِعِيدِ ٱلتَّجَلِّي سَادِسِ آبَ *

10 * فَلِذٰلِكَ يَا إِخْوَتِي ٱحْرِصُوا جِدًّا أَنْ تَجْعَلُوا دَعْوَتَكُمْ وَٱصْطِفَاءَكُمْ ثَبْتًا * فَإِنَّكُمْ إِذَا عَمِلْتُمْ
11 هٰذِهِ فَمَا تَزِلُّونَ أَصْلًا قَطُّ * ثُمَّ * لِأَنَّ هٰكَذَا يُتَسَبَّحُ لَكُمُ ٱلْمَدْخَلُ بِسَعَةٍ إِلَى أَبَدِيِّ مُلْكِ
12 رَبِّنَا وَمُخَلِّصِنَا يَسُوعَ ٱلْمَسِيحِ * فَلِذٰلِكَ لَسْتُ أَضْجَرُ فِي ٱذْكَارِكُمْ دَائِمًا بِهٰذِهِ ٱلْأَشْيَاءِ * مَعَ أَنَّكُمْ عَالِمُونَ
13 وَمَبْسُوطُونَ فِي هٰذَا ٱلْحَقِّ ٱلْحَاضِرِ * فَأَحْتَسِبُ أَنَّهُ وَاجِبٌ مَا دُمْتُ أَنَا فِي هٰذَا ٱلْمَسْكِنِ أَنْ
14 أُسَهِّرَكُمْ بِٱلذِّكْرِ * عَالِمًا أَنَّ مَبْنَايَ مَسْكَنِي قَرِيبٌ هِيَ سَرِيعًا * كَمَا قَدْ أَوْضَحَ ذٰلِكَ لِي رَبُّنَا
15 يَسُوعُ ٱلْمَسِيحُ * فَأَحْرِصُ بَعْدَ سُكُوصِي أَنْ يَكُونَ لِكُلِّ أَحَدٍ مِنْكُمْ تَذَكُّرُ هٰذِهِ ٱلْخُطُوبِ *

1 *SIMONE Petro servo & Apostolo Jesu Christi, ad eos qui privilegio consecuti sunt fidem æquè apud nos atque apud ipsos honorandam, per justitiam Dei ac servatoris nostri Jesu Christi. Multiplicetur vobis gratia & pax per agnitionem Dei, &* 2 *Jesu Domini nostri: Utpote virtus* 3 *ejus Divina dedit nobis omnia dogmata ad vitam illustremque pietatem perducentia per agnitionem illius qui vocavit nos ad gloriam & virtutem: Per quarum utrànque tribuit nobis* 4 *pretiosa maximàque promissa, ut per eas efficeremini consortes naturæ Divinæ, fugientes à corruptione quæ per cupiditatem est in mundo. Omne studium vestrum in hoc ipsum conferentes, ut fructificetis cum fide vestra* 5 *virtutem, cum virtute scientiam, Cum* 6 *scientia temperantiam, cum temperantia patientiam, cum patientia pietatem illustrem, Cum pietate bona di-* 7 *lectionem fratrum, cum dilectione fratrum charitatem Hæc enim quum* 8 *inventa & exuberantia fuerint in vobis, haud otiosos, nec infrugiferos constituent vos in cognitione Domini nostri Jesu Christi. Nam is in quo* 9 *hujusmodi virtutes non adsunt, cæcus est, lumine contractus, oblivione purgationis peccatorum suorum olim occupatus.*

Lectio pro die festo Transfiguratio-nis, sextâ Augusti.

Quapropter ô fratres mei, vehementer 10 *satagite ut vocationem & electionem vestram veram reddatis: nam si hoc feceritis, nullo unquam modo delinquetis.* Hactenus. *Sic enim pate-* 11 *scet vobis cum latitudine introitus ad æternitatem regni Domini & servatoris nostri Jesu Christi. Propterea non* 12 *me tædebit vos semper commonere de his rebus, præterquam quòd periti & confirmati estis in hac præsenti veritate. Expedire enim arbitror, quam-* 13 *diu sum in hoc tabernaculo, excitare vos per commonitionem: Sciens sepa-* 14 *rationem tabernaculi mei protinus vicinam fore, ut id mihi declaravit Dominus noster Jesus Christus. Stu-* 15 *debo autem post discessum meum ut sit apud unumquemque vestrûm memoria horum colloquiorum.*

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA.*

4 በዘቦቱ : ነሐዩ : ወነሳቢ : ወነክብር : በተስፋሁ : እንተ : ጸውዓን : ከመ : በእንተ : ዝነ
ቱ : ኩኑ : ሱቱፋነ : ለመለኮተ : ዚለሁ : እንዘ : ትጐይይዋ : ለውስናሁ : ለዝ : ዓለ
5 ሙ::=ፉ ወለእንትውነ : በኵሉ : ጕጕለ : ገቢረክሙ : ለትልውዋ : ለሠናይት : በሃይ
6 ማኖትክሙ : ወእመውስተ : ሠናይትክሙ : ለለእመሮ:=ፉ ወእመውስተ : ለእመሮ :
ለሊዘመዐ : ወእመውስተ : ሊዘመዐ : ለተዕግሠት:: ወእመውስተ : ትዕግሠት :
7 ለለመልኮቱ::=ፉ ወእመውስተ : እመልኮቱ : ለተለሳዐ:: ወእመውስተ : ተለሳዐ :
8 ለተፈቅሮ:=ፉ ወዝንቱ : እመከመ : ሀለወ : ኀቡክሙ : ሊኮንክሙ : ፀረኣን : ወሊኮን
ክሙ : እለ : እንበለ : ፍሬ:: ለለ : ደበጽሐክሙ : ውስተ : ለእመሮቱ : ለእግዚእነ :
9 ሊየሱስ : ክርስቶስ::=ፉ ወዘሰ : ሊሀሎ : ውስተ : ዝንተ : መ፣በር : ዕውር :ውእቱ : ዘየ
ሐውር : በመርሰስ : ወረሰዐ : ለኀጽሐ : ርእሶ:እመእለ : በልዩ : በለዕሌሁ : ኀጣውኢ
10 ሁ::=ፉ ወይእዜኒ : ለኀዊነ : ጕጕሉ : ከመ : በጽንዐ : መ፣በሪክሙ : ጽንዕተ : ትኩን :
ጽውዓክሙ : ወታወፍዩ : ሐስበክሙ : ወዘንተኒ : እንዘ : ትገብሩ : ኢትሰሐቱ : ለብዕ
11 ሉ:=ፉ ወክማሁ : ለይትሉክሙ : ውስተ : ፍናተ : መንግሠቱ : ለእግዚእነብሔር :
12 ወመድኅኒነ : ሊየሱስ : ክርስቶስ : እንተ: ለዓለመ : ዓለመ::=ፉ ወበዘቦሰ : እጽህቅ :
ለክሙ : ዘልፈ : ወእዜክረክሙ : በእንተ : ዝንቱ : ተለመራ : ዘለጽንዓክሙ : ወሊታ
13 ርስቅዋ : ለእንተ : ትመጽእ : ጽድቁ:=ፉ ወይመስለኒሰ : ከመ : ርቱዕ : ለመጠነ : ሀሎ
14 ኩ : በዝንቱ : ሠገደ : እነቅሀክሙ : በዘከሮ:=ፉ እስመ : ለለመር : ከመ : ፍጡነ፡ ይእ
ቲ : ሰንሴ : ዚለየ : እመኔክሙ : በከመ : ለይድዓኒ : እግዚእነ : ሊየሱስ : ክርስቶስ::=ፉ
15 ወእጋጵእ : ዘልፈ : ከመ : ትኩኑ:ከማየ : ወለመድኅረየ : ወኅቢፍየ : ተዘከርዎ : ለዝን
ቱ : ወክማሁ : ትገበሩ:=ፉ

In quo vivimus, & elati sumus, & gloriamur in promissione vocationis nostræ: 4 *sic propterea estote participes divinitatis ejus fugientes corruptionem hujus mundi. Et vos quidem cum omni festinatione operantes procedite ad benigni-* 5 *tatem per fidem vestram, & à benignitate vestra ad scientiam, Et à scientia* 6 *ad castitatem, & à castitate ad patientiam, & à patientia ad cultum ejus, Et* 7 *à cultu ejus ad fraternitatem, & à fraternitate ad charitatem: Et hæc si sint* 8 *apud vos, non fueritis ociosi neque infructuosi, sed ducet vos in cognitionem Domini nostri Jesu Christi. Et qui non est hujusmodi, cæcus & ambulans per* 9 *aspergillum, & oblitus est purgare seipsum ab antiquis, super eum, peccatis suis. Et nunc fratres nostri, soliciti estote ut in firmitate operum vestrorum fir-* 10 *ma fiat vocatio vestra, & reddatis computum vestrum, & hoc facientes non errabitis in divitiis ejus. Et sic sequantur vos in via regni Dei, & Servato-* 11 *ris nostri Jesu Christi, quod erit in seculum seculorum. Et propterea est quòd* 12 *solicitus sim pro vobis semper, & memores vos faciam de hac doctrina ejus quâ confirmabam vos, & ut non elongetis adventuram justitiam ejus. Et vide-* 13 *tur mihi quasi æquum quamdiu sum in hoc corpore meo, excitare vos per recordationem ejus. Quia cognosco quòd velox erit recessus meus à vobis, quem-* 14 *admodum significavit mihi Dominus noster Jesus Christus, Et solicitus ero sem-* 15 *per ut sitis instar meî, & post me & obitum meum recordari faciatis hoc, & similiter faciatis.*

Non enim *sophisticatas* fabulas secuti, notam fecimus vobis
16 Οὐ γὰρ (ξ) σεσοφισμένοις μύθοις ἐξακολουθήσαντες, ἐγνωρίσαμεν ὑμῖν τὴν τοῦ
Domini nostri Jesu Christi virtutem & præsentiam: sed speculatores facti
Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δύναμιν καὶ παρουσίαν· ἀλλ' ἐπόπται γενηθέντες τῆς
illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo Patre honorem & gloriam,
17 ἐκείνου μεγαλειότητος. Λαβὼν γὰρ παρὰ Θεοῦ πατρὸς τιμὴν καὶ δόξαν,
voce *delata* ei hujusmodi à magnifica gloria; Hic est
φωνῆς ἐνεχθείσης αὐτῷ τοιᾶσδε ὑπὸ τῆς μεγαλοπρεποῦς δόξης, Οὗτός ἐστιν
filius meus dilectus, in *quem ego beneplacui*. Et hanc vo-
18 ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, εἰς ὃν ἐγὼ (ξ) εὐδόκησα. Καὶ ταύτην τὴν φω-
cem nos audivimus de cœlo allatam, cum ipso *existentes* in monte
νὴν ἡμεῖς ἠκούσαμεν (ο) ἐξ οὐρανοῦ ἐνεχθεῖσαν, ὅτε αὐτῷ ὄντες ἐν τῷ ὄρει τῷ
sancto. Et habemus firmiorem propheticum sermonem: cui benè
19 ἁγίῳ. Καὶ ἔχομεν (π) βεβαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον· ᾧ καλῶς
facitis attendentes, quasi lucernæ *apparenti* in caliginoso loco, *usque quò* di-
ποιεῖτε προσέχοντες, ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν (ρ) αὐχμηρῷ τόπῳ, ἕως οὗ ἡ-
es elucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris: Hoc pri-
20 μέρα διαυγάσῃ, καὶ φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν· Τοῦτο πρῶ-
mùm cognoscentes, quòd omnis prophetia Scripturæ, propriâ interpretatione non fit.
τον γινώσκοντες, ὅτι πᾶσα προφητεία γραφῆς, ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίνε-
Non enim voluntate *hominis* allata est aliquando prophetia, sed à Spiritu
21 ται. Οὐ γὰρ θελήματι ἀνθρώπου ἠνέχθη ποτὲ προφητεία, ἀλλ' ὑπὸ Πνεύματος
sancto *acti* locuti sunt sancti Dei homines.
ἁγίου φερόμενοι ἐλάλησαν (σ) οἱ ἅγιοι θεοῦ ἄνθρωποι.

CAP. II. β'.

Fuerunt verò & pseudoprophetæ in populo: sicut & in vobis erunt *fal-*
1 Ἐγένοντο δὲ καὶ ψευδοπροφῆται ἐν τῷ λαῷ· ὡς καὶ ἐν ὑμῖν ἔσονται ψευ- Γ'
si doctores: qui *astruentes* sectas perditionis, & *illum mercatum* e-
δοδιδάσκαλοι· οἵτινες παρεισάξουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας, καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐ-

MS. A. (ξ) ηὐδόκησα. (ο) ἐκ τοῦ οὐρανοῦ (π) βεβαιώτερον (ρ) αὐχμηρῷ (σ) ἅγιοι τοῦ Θεοῦ κολαζομένοις τηρεῖν· (δ) ἀλλὰ (ε) ἀσελγείᾳ * ἀναστροφῇ, (ζ) καταφρονῆται·

os, Dominum negantes: *inferentes* sibiipsis celerem perditionem. Et mul-
τοὺς Δεσπότην ἀρνούμενοι· ἐπάγοντες ἑαυτοῖς ταχινὴν ἀπώλειαν. Καὶ πολ- 2
ti sequentur eorum *perditiones*, per quos via veritatis blasphemabitur: Et in avaritia fictis verbis *vos* negotiabun-
λοὶ ἐξακολουθήσουσιν αὐτῶν ταῖς (α) ἀπωλείαις, δι' οὓς ἡ ὁδὸς τῆς ἀληθεί-
as βλασφημηθήσεται· Καὶ ἐν πλεονεξίᾳ πλαστοῖς λόγοις ὑμᾶς ἐμπορεύσον- 3
tur: quibus judicium *ex* olim non cessat, & perditio eorum non dormitat.
ται· οἷς τὸ κρῖμα ἔκπαλαι οὐκ ἀργεῖ, καὶ ἡ ἀπώλεια αὐτῶν οὐ νυστάζει.
Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed *catenis caliginis de-*
Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ (β) σειραῖς ζόφου ταρ- 4
tradens in tartarum tradidit in judicium *servatos*: Et originali mundo non
τάρωσας παρέδωκεν εἰς (γ) κρίσιν τετηρημένους· Καὶ ἀρχαίου κόσμου οὐκ 5
pepercit, sed octavum Noe, justitiæ præconem custodivit, diluvium
ἐφείσατο, (δ) ἀλλ' ὄγδοον Νῶε, δικαιοσύνης κήρυκα ἐφύλαξε, κατακλυσμὸν
mundo impiorum inducens: Et civitates Sodomorum & *Gomorrhæ* in cinerem redigens,
κόσμῳ ἀσεβῶν ἐπάξας· Καὶ πόλεις Σοδόμων καὶ Γομόρρας τεφρώσας, 6
eversione damnavit, exemplum *futurorum* impiè *agere* ponens: Et ju-
καταστροφῇ κατέκρινεν, ὑπόδειγμα μελλόντων ἀσεβῶν τεθεικώς· Καὶ δί- 7
stum Lot *fatigatum* à nefandorum *in luxuria* conversatione,
καιον Λὼτ καταπονούμενον ὑπὸ τῆς τῶν ἀθέσμων ἐν (ε) ἀσελγείᾳ ἀναστροφῆς,
eripuit: (Aspectu enim & auditu *ille* justus habitans *in ipsis*, di-
ἐρρύσατο· (Βλέμματι γὰρ καὶ ἀκοῇ ὁ δίκαιος ἐγκατοικῶν ἐν αὐτοῖς, ἡμέ- 8
em ex die animam justam iniquis operibus *cruciabat*:) Novit Dominus
ραν ἐξ ἡμέρας ψυχὴν δικαίαν ἀνόμοις ἔργοις ἐβασάνιζεν·) Οἶδε Κύριος 9
pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem judicii cruciandos
εὐσεβεῖς ἐκ πειρασμοῦ ῥύεσθαι, ἀδίκους δὲ εἰς ἡμέραν κρίσεως κολαζομένους
reservare: *Maximè* autem eos qui post carnem in concupiscentia immunditiæ *ambulan-*
τηρεῖν· Μάλιστα δὲ τοὺς ὀπίσω σαρκὸς ἐν ἐπιθυμίᾳ μιασμοῦ πορευομέ- 10
tes, & dominationem *contemnentes*: audaces, sibi placentes, *dignitates* non *hor-*
νους, καὶ κυριότητος (ζ) καταφρονοῦντας· τολμηταὶ, αὐθάδεις, δόξας οὐ τρέ-
rent blasphemantes.
μουσι βλασφημοῦντες.

Κεφ. β'. MS. A. (α) ἀσελγείαις, δι' οὓς ἡ δόξα τ̄ (β) * σειραῖς ζόφοις (γ) κρίσιν

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

Non enim fabulas arte compositas sectamur, 16
quatenus declarem vobis robur & adven-
tum Domini nostri Jesu Christi: sed quum
spectatores fuerimus majestatis ipsius. Nam 17
quando accepit à Deo Patre honorem & glo-
riam, quum vox hujusmodi venit ad eum
post decoræ magnificentiæ gloriam, Hic est
ille filius meus dilectus in quo mihi placui:
Nos quoque eandemmet vocem audivimus 18
de cœlo ad eum venisse, quum essemus unà
cum eo in monte sanctuario sui. Habemus præ- 19
terea quòd verum sit verbum prophetiæ,
quòd benefacitis quum intuemini quasi lu-
cernam in obscuro loco splendentem, quoad
dies elucescat, & sol oriatur in cordibus
vestris. Illud in primis scientes, quòd omnis 20
prophetia suæ solutio scripturæ non sit.
Non enim voluntate hominis venit unquam 21
prophetia, sed à Spiritu sancto tracti, locuti
sunt sancti Dei homines.

CAP. II.

Fuerunt autem & pseudoprophetæ in mun- 1
do: ut etiam inter vos erunt falsi doctores,
qui subintroducent hæreses pernicioſas, &
Dominum qui emit illos, negabunt: acces-
sentes sibiipsis celerem perditionem. Et 2
multi abibunt post impuritatem eorum:
propter quos blasphemabitur via veritatis.
Et per fraudem verborum delirii vos nego- 3
tiabuntur: quorum judicium jam olim non
cessat, & interitus non dormitat. Si enim 4
Deus angelis qui peccaverunt, non peper-
cit; sed catenis caliginis in infima loca præ-
cipitavit illos, & tradidit eos ut servarentur
ad judicium cruciatûs: Et priſtino mundo 5
non pepercit, sed Noe octavum, justitiæ præ-
dicatorem servavit, quando diluvium super
mundum peccatorum adduxit: Urbes Sa- 6
dum & Amuræ succendit, easque subversi-
one damnavit, specimen impiis qui futuri
erant, proponens: Lot quoque justum, qui 7
tundebatur ab impudica eorum conversati-
one qui sine lege erant, eripuit: (Viden- 8
do enim & audiendo, dum justus ille inter
ipsos habitaret, in dies animam suam justam
operibus illegitimis excruciabat.)
Magno die festo Ascensionis. 2.
Novit fa.e Dominus ab angustia liberare 9
timentes eum: iniquos autem ad diem ju-
dicii puniendos servabit. Præsertim verò 10
illos qui carnem obscœnis cupiditatibus se-
quuntur, & dominatum despiciunt, impu-
dentes & arrogantes, qui gloriam non timent
dum blasphemant:

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

Quia non fuit fabula eruditionis quam sequuti sumus, quâ docuimus vos ubi- 16
quitatem & præsentiam Domini nostri Jesu Christi: sed exemplar ejus factum
est nobis magnitudinis, Quam accepit à Deo patre, honor & gloria vocis de- 17
scendit super eum: unde de magnitudine gloriæ ejus dixit, Hic est filius meus di-
lectus quem ego elegi. Hanc vocem nos audivimus quòd à cœlo descendit in 18
eum, quum essemus cum ipso in monte sanctuarii sui. Et habemus ulteriùs, hâc 19
antiquiorem vocem, prophetæ dicentis: perbenè facitis qui attenditis ei sicut lu-
cernæ quæ splendet in loco tenebrarum, donec illucescat vobis dies, & exoria-
tur vobis redemptio in cordibus vestris. Veruntamen hoc priùs cognoscite, quòd 20
nulla prophetia à voluntate hominum, & à libidine hominis exponentis est,

Versio VULGATA LATINA.

16 Non enim doctas fabulas secuti, notam fecimus vobis Domini nostri Jesu Christi
17 virtutem & præsentiam: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens
enim à Deo Patre honorem & gloriam, voce delapsâ ad eum hujusce modi à mag-
nifica gloria; Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum au-
18 dite. Et hanc vocem nos audivimus de cœlo allatam, cùm essemus cum ipso
19 in monte sancto. Et habemus firmiorem propheticum sermonem: cui benè fa-
citis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies eluceſcat,
20 & lucifer oriatur in cordibus vestris: Hoc primùm intelligentes, Quòd omnis
21 prophetia Scripturæ propriâ interpretatione non fit. Non enim voluntate hu-
manâ allata est aliquando prophetia: sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt
sancti Dei homines.

CAP. II.

1 Fuerunt verò & pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri
mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eum, qui emit eos, Dominum
negant, superducentes sibi celerem perditionem. Et multi sequentur eorum lu- 2
xurias, per quos via veritatis blasphemabitur: Et in avaritia fictis verbis de 3
vobis negotiabuntur: quibus judicium jam olim non cessat: & perditio eorum
non dormitat. Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus in- 4
ferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in judicium reservari: Et ori- 5
ginali mundo non pepercit, sed octavum Noë, justitiæ præconem, custodivit, di-
luvium mundo impiorum inducens: Et civitates Sodomorum & Gomorrhæorum 6
in cinerem redigens, eversione damnavit: exemplum eorum, qui impiè actu-
ri sunt, ponens: Et justũ Lot oppressũ à nefandorũ injuria ac luxuriosa conversati- 7
one eripuit: (Aspectu enim, & auditu justus erat: habitans apud eos, qui de die 8
in diem animam justam iniquis operibus cruciabant:) Novit Dñs pios de tentati- 9
one eripere: iniquos verò in diem judicii reservare cruciandos: Magis autem 10
eos, qui post carnẽ in concupiscentia immunditiæ ambulant, dominationemq; con-
temnunt, audaces, sibi placentes, sectas non metuunt introducere blasphemantes:

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA.*

16 * لِأَنَّنَا مَا ٱتَّبَعْنَا خُرَافَاتٍ مَوْهُومَةً حِكْمَتُهَا * فَعَرَّفْنَاكُمْ قُوَّةَ رَبِّنَا يَسُوعَ ٱلْمَسِيحِ وَوُرُودَهُ * لَكِنَّا
17 صِرْنَا مُعَايِنِينَ عَظَمَةَ ذٰلِكَ * لِأَنَّهُ أَخَذَ مِنَ ٱلْإِلٰهِ ٱلْآبِ كَرَامَةً وَمَجْدًا * إِذْ قَرَّبَ لَهُ ٱلْمَجْدُ ٱلْعَظِيمُ
جَلَالُهُ صَوْتًا مِثْلَ هٰذَا * هٰذَا هُوَ ٱبْنِي ٱلْحَبِيبُ ٱلَّذِي بِهِ ٱرْتَضَيْتُ أَنَا * وَهٰذَا ٱلصَّوْتُ نَحْنُ
18 سَمِعْنَاهُ وَارِدًا مِنَ ٱلسَّمَاءِ * إِذْ كُنَّا مَعَهُ فِي ٱلْجَبَلِ ٱلْأَقْدَسِ * وَلَنَا ٱلْكَلَامُ ٱلنَّبَوِيُّ صَادِقًا جِدًّا *
19 ٱلَّذِي سَتَعْمَلُونَ عَمَلًا حَسَنًا إِذَا أَصْغَيْتُمْ إِلَيْهِ * كَمِصْبَاحٍ ظَاهِرٍ فِي مَوْضِعٍ مُظْلِمٍ * إِلَى أَنْ
يَنْفَجِرَ ٱلنَّهَارُ وَيُسْرِفَ ٱلْمُسْمِلُ ٱلنُّورِ فِي قُلُوبِكُمْ * ثُمَّ *

20 * قِرَاءَةُ ٱلْأَنْبِيَاءِ مِنَ ٱلْجُمُعَةِ ٱلرَّابِعَةِ وَٱلثَّلٰثِينَ * * عَالِمِينَ هٰذَا أَوَّلًا أَنَّ كُلَّ نُبُوَّةٍ
21 كِتَابٍ لَنْ تَحُلَّ هِيَ مَعِي ذَاتُهَا * لِأَنَّ لَيْسَ بِمَشِيَّةِ إِنْسَانٍ أُتِيَتْ نُبُوَّةٌ قَطُّ * لٰكِنْ رِجَالُ ٱللّٰهِ
ٱلْقِدِّيسُونَ حَمَلَهُمْ رُوحُ ٱلْقُدْسِ فَتَكَلَّمُوا بِهَا *

1 * ٱلْفَصْلُ ٱلثَّانِي * * وَقَدْ صَارَ فِي
ٱلسَّعْبِ أَنْبِيَاءُ كَذَبَةٌ * كَمَا قَدْ صَارَ فِيكُمْ مُعَلِّمُونَ كَاذِبُونَ يُسَوِّرِدُونَ سَقَافَاتِ هَلَاكٍ * وَيُنْكِرُونَ
2 ٱلسَّيِّدَ ٱلَّذِي ٱبْتَاعَهُمْ * وَيَجْلِبُونَ لِأَنْفُسِهِمْ هَلَاكًا سَرِيعًا * وَكَثِيرُونَ يَتْبَعُونَ طَمَاثَاتِهِمْ * ٱلَّذِينَ
3 مِنْ أَجْلِهِمْ يُعْدَرِي عَلَى طَرِيقِ ٱلْحَقِّ * وَبِٱلِٱسْتِعْدَامِ يَتَكَسَّبُونَكُمْ بِأَقْوَالِهِمُ ٱلْمُبْهَرَجَةِ * أُولٰئِكَ
4 ٱلَّذِينَ دَيْنُونَتُهُمْ مُنْذُ ٱلْقَدِيمِ مَا تَبْطُلُ وَهَلَاكُهُمْ مَا يَنْعَسُ * لِأَنَّ ٱللّٰهَ إِنْ يَكُنْ مَا سَعَفَ عَلَى
5 ٱلْمَلَائِكَةِ ٱلَّذِينَ أَخْطَأُوا بَلْ أَهْبَطَهُمْ بِحَبَائِلِ ٱلظَّلَامِ وَأَهْمَلَهُمْ مَحْبُوسِينَ إِلَى ٱلدَّيْنُونَةِ * وَٱلْعَالَمَ
ٱلْقَدِيمَ مَا سَعَفَ عَلَيْهِ * بَلْ حَفِظَ نُوحَ ٱلثَّامِنَ نَذِيرَ ٱلْعَدْلِ * وَجَلَبَ ٱلطُّوفَانَ عَلَى عَالَمِ ٱلْمُنَافِقِينَ *
6 * وَرَمَدَ مُدُنَ سَدُومَ وَعَامُورَا * وَحَكَمَ عَلَيْهَا بِٱلِٱنْقِلَابِ * وَجَعَلَهَا رِدَاعَةً لِلْعَتِيدِينَ أَنْ يُنَافِقُوا *
7 8 * وَخَلَّصَ لُوطَ ٱلصِّدِّيقَ ٱلْمَوْجَعَ لَهُمْ مِنْ تَصَرُّفِ ٱلْأَثِمِينَ فِي ٱلطَّمَاثَةِ * لِأَنَّ ٱلصِّدِّيقَ سَكَنَ
بَيْنَهُمْ بِنَظَرٍ وَسَمْعٍ يُعَذِّبُ يَوْمًا فَيَوْمًا نَفْسًا عَدْلَهُ بِٱلْأَعْمَالِ ٱلْأَثِمَةِ * * قِرَاءَةُ ٱلثَّلٰثِينَ مِنَ
9 ٱلْجُمُعَةِ ٱلرَّابِعَةِ وَٱلثَّلٰثِينَ بَعْدَ ٱلْعَنْصَرِ * * ٱلرَّبُّ قَدْ عَرَفَ أَنْ يُنْجِيَ ٱلْعَابِدِينَ حَسَنًا
10 مِنَ ٱلْمِحَنِ * وَيَحْبِسَ ٱلظَّالِمِينَ إِلَى يَوْمِ ٱلدَّيْنُونَةِ مُعَذَّبِينَ * ثُمَّ * * وَلَا سِيَّمَا ٱلَّذِينَ سَعَوْا بِشَهْوَةِ
ٱلدَّنَسِ وَرَاءَ ٱلْبَشَرِ وَأَهْوَوْا بِٱلسِّيَادَةِ * وَٱلْجَسُورِينَ ٱلْعُتَاةَ مَا يَرْعَبُونَ إِذْ يَفْتَرُونَ عَلَى ٱلْأَنْجَادِ *

Non enim palliatæ sapientiæ deliria se- 16
cuti, notã vobis fecimus Domini nostri
Jesu Christi virtutem & adventum ej°:
sed facti spectatores majestatis illius.
Accepit enim à Deo Patre honorem & 17
gloriam, summæ gloriâ magnificentiæ hu-
jusmodi vocem ad ipsum deferente, Hic
est filius meus dilectus, in quo ego ac-
quiesco. Et hanc vocem nos audivimus 18
è cœlo venientem, quum essemus unà
cum eo in monte sanctissimo. Et habe- 19
mus sermonem Propheticum maximè
veridicum, cui rectum opus facitis at-
tendentes, veluti faci perspicuæ in loco
tenebroso, usquedum aperiatur dies, &
luciser exoriatur in cordibus vestris.
Finis.

Lectio feriæ secundæ hebdomadis trigesimæ quartæ.

Hoc primùm scientes, quòd omnis prophe- 20
tia Scripturæ non solvat ipsamet sensum
suiipsius. Non enim hominis voluntate 21
fabricata est unquam prophetia; sed vi-
ri Dei sancti, portante eos Spiritu san-
cto, protulerunt illam.

CAP. II.

Facti sunt autem in populo falsi pro- 1
phetæ: ut facti sunt in vobis falsi do-
ctores inducentes sectas exitiales, & ne-
gantes Dominum qui emit illos, & asse-
rentes sibimetipsis celerem interitum.
Et multi sequuntur impudicitias eo- 2
rum: propter quos blasphematur contra
viam veritatis. Et diteſcendi cu- 3
piditate lucrabuntur vos vanis sermo-
nibus: hi quorum damnatio jam olim
non cessat, & quorum exitium non dor-
mitat. Nam si Deus non misertus est 4
Angelis qui peccaverunt, sed nexibus te-
nebrarum deturbavit eos, & reliquit il-
los carcere detentos ad damnationem: Et 5
prisco mundo non pepercit, sed Noe octa-
vum, justitiæ præconem servavit: & di-
luvium addaxit super mundum impio-
rum: Et urbes Sodomæ atque Amuræ in 6
cinerem redegit, subversione damnavit,
ac statuit illas frænum his qui impiè a-
cturi essent: Et liberavit justum Lot 7
ipsis condoleatem propter conversationem
in impudicitia delinquentium. (Nam 8
justus ille habitavit inter eos, animam
justam flagitiosis illorum factis viden
do & audiendo quotidie exercucians.)

Lectio feriæ tertiæ hebdomadis trigesimæ quartæ post Pentecosten.

Novit Dominus rectè colentes è tenta- 9
tione eripere, & injustos carcere detine-
re ad diem judicii puniendos. Hucusq;.
Maximè verò illos qui in cupiditate 10
impuritatis post carnem incesserint, &
dominatum sprevirint, & audaces pro-
tervos qui non horrent dum blasphemant
majestates.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA.*

21 ለሰ : በመንፈስ : ቅዱስ : ነበቡ : ተፈነዎው : ቅዱሰን : ሰብእ : እሰ : እሙ : እግዜአብ
ሔር::=᎓ *Sed per spiritum sanctum locuti sunt missi sancti homines qui à Deo erant.* 21

ϐ

CAP. II.

1 ወቦቱ:ባሕቱ: ኅሰዊያን: ነበያት:ማእከለ:ሕዝብ: ከመ:እለ:ሀለዉ:ማእከልክሙ:ወመጽኡ
ክሙ: እለ:ይጤህሩ: እለ: ከሐደ: ያበውኡ:ዘሕር ተመና:: ወይክሕድ:ለእግዜአሙ:ዘተ
2 ሰዮጡ::ወየመጽእ: ለዕቤሆሙ: ፍጡነ: ለሙስና::=᎓ ወብዙኃን:ይተልውዎሙ:ለእሉ:
3 በእንተ: ገሙቶሙ: ወይጸርፈ: ለዕለ: ስብሐተ:ጽድቁ::=᎓ ወይትከሐዱ: በቃል: ዘለቢሆ
ሙ : ፈጠረ: ወቦቱ: የሐውሩ:: ወደይኖሙሰ : ዘእመፍጥረተ: ዓለመ : ዘሊየዐርፍ: ወእመ
4 ሓርትመናሆሙኒ : እንተ: ሊትይቅሰ::=᎓ ወእግዜአብሔርሰ: ለመለእክቲሁ:እቢሶሙ:ጥቀ:
ሊጣሐኮሙ: አለ:ወደዮሙ:ውስተ: ባዕረ: ደይን: ዘርሱን: መጦሙ: ይትሾነኑ: ወይንበረ:
5 ውስተ: ጸዕረ:ደይን::=᎓ ወዓለመኒ: ቀደመትነ:ሊጣሐኮሙ:አለ:ለትረፈ:ሰማኒቱ: ነፍስ:
መአለ:ኖሓ: ዘዐቀበ:ለጽድቅ:ገመ:ደኩን : ዜናዊ:በጽድቅ:: ወለባዕደንስ:ዓለመ: ረስዮሙ:
6 ወፈነወ : አደሓ:ለዕሴሆሙ::=᎓ ወለሃጥረ : ሰደመኒ: ወገሞራ: ለወዓዮሙ: ወገፍትዖሙ:
7 ወስመዝ : ሠነኖሙ : ወለር አዮ: ረሰዮሙ : ለደኅሪት:ዓለመ: ኅጥአን::=᎓ ወለጸድቅሰ :
8 ሎጥ: ዘተገፍዐ: አመአለ: ይሌብሱ: በመገበረ:ዝሙቶሙ:አድኅኖ::=᎓ ወእንዘ :ይረኢ:
ወይሰመዕ : ጸድቅ : ወኅዲር : መስሌሆሙ : ወዕለት : እመዕለት : ይጸዕርዋ : ለነፍ
9 ሱ : ጻድቅት : በከመ : እከየ : መግበርሙ::=᎓ ወእግዜአብሔር: ይክል:ሊደኅኖቶሙ:
እመነ : መንሱት : ለጸድቃን:: ወለኅጥእንሰ : ዕለተ : ደይን : ትጸንሖሙ : ለተፀዕር::=᎓
10 ወፈድፋደሰ : ለእለ : ይተልውዋ : ድኅረሃ : ለፍትወቶሙ : ወያጌመንወ : ለሠጋሆሙ:
ወደስተሐቅርወ : ለፈጠሪሆሙ : ሕቡለን : ወዝኡፋን : እሰ : ሊይደነግፁ : እመስብ
ሐቲሁ::=᎓

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΕΤΡΟΥ Β'. ΚΕΦ. Γ'. Δ'.

Ubi angeli fortitudine & virtute majores exiſtentes, non portant adverſùm ſe
11 Ὅπου ἄγγελοι ἰσχύϊ καὶ δυνάμει μείζονες ὄντες, οὐ φέρουσι κατ' (ν) αὐτῶν
à Domino blaſphemum judicium. Hi verò, velut irrationabilia animantia naturalia ſa-
12 βλῆτα γεγενημένα φυσικὰ εἰς ἅλωσιν καὶ φθορὰν, ἐν οἷς ἀγνοοῦσι βλασφημοῦντες, ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν
da in captionem & corruptionẽ in his quæ ignorant, blaſphemantes, in corruptione ſua
καὶ φθαρήσονται· Κομιούμενοι μισθὸν ἀδικίας, ἡδονὴν ἡγούμενοι τὴν ἐν
adcorrumpentur: Reportantes mercedem injuſtitiæ, voluptatem exiſtimantes illos in
13 ἡμέρᾳ τρυφὴν, σπίλοι καὶ μῶμοι, ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς (κ) ἀπάταις αὐτῶν, συνευωχού-
de delicias, labes & maculæ, luxuriantes in deceptionibus ſuis, coëpulan-
μενοι ὑμῖν, Ὀφθαλμοὺς ἔχοντες μεστοὺς (λ) μοιχαλίδος, καὶ ἀκατασχέτους ἁμαρτί-
tes vobis, Oculos habentes plenos adulterii, & inceſſabiles pecca-
14 ας, δελεάζοντες ψυχὰς ἀστηρίκτους, καρδίαν γεγυμνασμένην (μ) πλεονεξίας ἔχοντες,
ti, inescantes animas inſtabiles, cor exercitatum cupiditatibus habentes,
κατάρας τέκνα· Καταλιπόντες (ν) εὐθεῖαν ὁδὸν, ἐπλανήθησαν, ἐξακολουθή-
maledictionis nati: Dereliquentes rectam viam, erraverunt, ſecu-
15 σαντες τῇ ὁδῷ τοῦ Βαλαὰμ τοῦ Βοσόρ, ὃς μισθὸν ἀδικίας ἠγάπησεν· Ἔλεγξιν
ti viam Balaam illius Boſor, qui mercedẽ iniquitatis amavit: Correptionem
16 δὲ ἔσχεν ἰδίας παρανομίας· ὑποζύγιον ἄφωνον, ἐν ἀνθρώπου φωνῇ φθεγξάμε-
verò habuit propriæ tranſgreſſionis legis: ſubjugale mutum, in hominis voce locu-
νον, ἐκώλυσε τὴν τοῦ προφήτου παραφρονίαν. Οὗτοί εἰσι πηγαὶ (ξ) ἄνυδροι,
tum, prohibuit Prophetæ inſipientiam. Hi ſunt fontes ſine aqua,
17 καὶ ὁμίχλαι ὑπὸ λαίλαπος ἐλαυνόμεναι, οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς αἰῶνα τετή-
nebulæ à turbine exagitatæ, quibus caligo tenebrarum in æternum reſerva-
ρηται. Ὑπέρογκα γὰρ ματαιότητος φθεγγόμενοι δελεάζουσιν ἐν ἐπιθυμίαις
ta ſunt. Superba enim vanitatis loquentes inescant in deſideriis
18 σαρκὸς, ἀσελγείαις, (ο) τοὺς ὀλίγως ἀποφυγόντας τοὺς ἐν πλάνῃ ἀναστρεφομένους,
carnis, luxuriis, illos verò auſugientes illos in errore verſatos,
ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἐπαγγελλόμενοι, αὐτοὶ δοῦλοι (π) ὑπάρχοντες τῆς φθορᾶς. ὯΙ
Libertatem illis promittentes, ipſi ſervi exiſtentes corruptionis. Cui
19 γάρ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται. Εἰ γὰρ ἀποφυγόντες τὰ μιάσμα-
enim quis ſuperatus eſt, huic & ſervus factus eſt. Si enim auſugientes inquinamen-
20 τα τοῦ κόσμου ἐν ἐπιγνώσει τοῦ (ρ) Κυρίου καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τούτοις δὲ πάλιν
ta mundi in cognitione Domini & Salvatoris Jeſu Chriſti, his verò rurſus
ἐμπλακέντες ἥττωνται, γέγονεν αὐτοῖς τὰ ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων.
implicati ſuperantur, facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus.
Melius enim erat illis non agnoviſſe viam juſtitiæ, quàm ag-
(σ) Κρεῖττον γὰρ ἦν αὐτοῖς μὴ ἐπεγνωκέναι τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης, ἢ (τ) ἐπι- 21
noſcentibus reverti ex tradito eis ſancto mandato. Contigit
γνοῦσιν ὑποστρέψαι ἐκ τῆς παραδοθείσης αὐτοῖς ἁγίας ἐντολῆς. Συμβέβηκε 22
autem eis illud veri proverbii; Canis reverſus ad proprium vomi-
(υ) δὲ αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας, Κύων ὑποστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέρεγ-
tum: & ſus lota, in volutabrum luti.
μα· καὶ, Ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου.

CAP. III. γ'.

Δ' Hanc jam, dilecti, ſecundam vobis ſcribo epiſtolam, in quibus excito ve-
1 Ταύτην ἤδη, ἀγαπητοί, δευτέραν ὑμῖν γράφω ἐπιστολὴν, ἐν αἷς διεγείρω ὑ-
ſtram in commonitione ſinceram mentem, Meminiſſe illorum prædictorum verbo-
μῶν ἐν ὑπομνήσει τὴν εἰλικρινῆ διάνοιαν, Μνησθῆναι τῶν προειρημένων ῥημά-
2 των ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν, καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων (α) ὑμῶν ἐντολῆς τοῦ Κυ-
rum à ſanctis Prophetis, & Apoſtolorum noſtri mandati Do-
ρίου καὶ Σωτῆρος· Τοῦτο πρῶτον γινώσκοντες, ὅτι ἐλεύσονται (β) ἐπ' ἐσχά-
mini & Salvatoris: Hoc primùm ſcientes, quòd venient in noviſſi-
3 του τῶν ἡμερῶν (γ) ἐμπαῖκται, κατὰ τὰς ἰδίας αὐτῶν ἐπιθυμίας πορευόμε-
mo dierum irriſores, juxta proprias ipſorum concupiſcentias ambulan-
νοι, Καὶ λέγοντες, Ποῦ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία τῆς παρουσίας αὐτοῦ; ἀφ' ἧς γὰρ 4
tes, Et dicentes; Ubi eſt promiſſio adventûs ejus? ex quo enim
οἱ πατέρες ἐκοιμήθησαν, πάντα (δ) οὕτω διαμένει ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως.
patres dormierunt, omnia ſic permanent ab initio creationis.

MS. A. (ν) αὐτῶν βλάσφημον (ξ) γεγενημένα φυσικὰ εἰς (ι) καὶ φθαρήσονται· (κ) ἀγάπαις (λ) μοιχαλίας, (μ) πλεονεξίας (ν) εὐθεῖαν (ξ) ἄνυδροι, καὶ ὁμίχλαι ὑπὸ λέλαπος
(ο) παὺ ὀλίγως ἀποφυγόντας (π) ὄντες τῆς (ρ) Κυείου ἡμῶν καὶ (σ) κρεῖττον γὰρ αὐτοῖς ἦν (τ) ἐπιγνοῦσιν εἰς τὰ ὀπίσω ἀνακάμψαι ἀπὸ τῆς (υ) αὐτοῖς
Κεφ. γ'. MS. A'. (α) ὑμῶν (β) ἐπ' ἐσχάτων (γ) ἐν ἐμπαιγμονῇ ἐνπαῖκλαι, (δ) ἔτως

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

Ubi Angeli, qui virtute ac robore majores 11
ſunt illis, non ferunt adverſùs eos judicium
blaſphemiæ: Iſti verò qui ut muta animan- 12
tia fuerunt in natura ad gladium & corru-
ptionem, ea quæ non nôrunt, blaſphemantes, in propria corruptione vitiabuntur.
Quum ab iis, in quibus iniquitas facta eſt 13
merces iniquitatis, voluptas reputentur de-
litiæ quæ interdiu contingunt: fœdati ma-
culiſque pleni, qui dum ſuis oblectantur
otiis, laſciviunt: Oculos habentes plenos 14
adulterii, & peccata indefinentia: ineſcan-
tes animas inſtabiles: & cor in oppreſſione
exercitatum habentes, filii maledictionum.
Qui relictâ rectâ viâ, oberrârunt, & abie- 15
runt in via Balaam filii Beor, qui mercedem
iniquitatis amavit: Objurgatricem autem 16
ſuæ prævaricationis habuit aſinam vocis ex-
pertem, quæ hominum voce locuta, demen-
tiam prophetæ compeſcuit. Hi ſunt fontes 17
ſine aqua, nubes deſupèr propulſatæ, quibus
caligo tenebrarum eſt reſervata. Nam lu- 18
dibrium vanitatis loquentes, per obſcœnas
carnis cupiditates ineſcant eos qui paucis
verbis fugiunt ab his qui in errore conver-
ſantur. Et libertatem pollicentur eis, cùm 19
ipſi ſervi ſint corruptionis: ejus enim rei à
qua quis ſuperatur, ejuſdem etiam ſervituti
eſt addictus. Nam ſi mundi obſcœnitates 20
quum fugerint per agnitionem Domini no-
ſtri Jeſu Chriſti, hiſcemet rebus implicati,
denuò ſuperentur, factus eſt finis eorum pri-
mordio deterior. Satius enim fuiſſet eis, 21
non cognoviſſe viam juſtitiæ, quàm ubi cog-
noverunt eam, retrocedere à ſancto præce-
pto ſibi tradito. Sed accidit eis verum il- 22
lud proverbium, Canis reverſus ad vomitum
ſuum: Sus quæ ſe abluit, in volutabro cœni.

CAP. III.

HAnc jam dilecti mei, epiſtolam ſecun- 1
dam ſcribo vobis, in quibus *utriſque* rectam
mentem veſtram commonefactione excito:
Ut in memoriam reducatis verba quæ præ- 2
dicta ſunt vobis à ſanctis Prophetis, & Do-
mini ac Servatoris noſtri mandatum quod
per Apoſtolos *accepiſtis*. Hoc inprimis ſci- 3
entes, quòd venient in fine dierum irriſores
deludentes, pro ſuis libidinibus incedentes,
Ac dicentes, Ubi eſt promiſſum adventûs 4
ejus? Siquidem ex quo Patres noſtri ob-
dormierunt, omnia ſic perſeverant ab initio
creationis.

Verſio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

11 ወኀበ: መለእክቲሁ: ጽኑዓን: ወኀይል:ዓቢይ:እሙንቱ:ወለዕሰሆሙ: ደገብኦ:ደይነ:ጽርፈት
12 ው:=፨ ከመ: እንስሰ:ዘለልቦ:ቃለ: ዘይትወለድ : ለሙስና : ወለተስርዎ: : እስመ:ይፀርፈ:
13 ለዕለ:ዘሊያለመሩ:በሕርትመናሆሙ:ወይማሰኑ:በዘ:ደነሠሉ:ዓስበ:ለጊመፀ::=፨ ወእስ
ተኅወዝዋ:ለተደልው: ውስተ:ስታየ: ዕለቶሙ: ወደበልዑ: እንዘ: ሕብቁቃን: ወርኩሰን: እለ:
ሊይጸግቡ:በፍቅር: ዘለፍቀሩ:በዘ: ሊይበቁሥሙ: ወይትጫክሑ: ለቢጾሙ: ከመ:ዘሠናይ:
14 መግቦሙ::=ፅ ወመሉእ:ውስተ:ልቦሙ: ወለዕይንቲሆሙ:ዝሙተ:ወኀጢአተ:እንተ:ለልበ
ቲ:ዘይገህግህ : ወያደነግፁ:ነፍሰ: ስብእ:: ወስጡሕ : ልቦሙ: ወትእግልት:መግቦሙ:ወየሐ
15 ድጉ : ወርገመ : ለውሉደሙ:=ፅ ወሰሕትዋ : ለፍናተ : ጽድቅ : ወተለውዋ : ለፍናተ : በ
ለዓመ:ወልደ: በሶር: ዘለፍቀሬ: ለዓስበ: ዓመፀኡ::=ፅ

Et quum angeli ejus fortes ſunt, & majoris virtutis ſunt, tamen convertetur 11
ſuper eos judicium blaſphemiæ eorum, Sicut ſuper animal non habens ſermonem 12
quod natum eſt ad perditionem & interitum, quia blaſphemabant contra eum
quem neſciebant, in miſeria eorum: & peribunt, quia accipiunt mercedem in-
iquitatis. Et collocant delicias in compotatione quotidiana, & comedunt, ma- 13
culas habentes, & immundi exiſtentes *qui non ſatiati ſunt cum amore, qui*
diligunt id quod non prodeſt iis, & gloriantur coram fratribus eorum quaſi bo-
num eſſet opus eorum. Et plenitudo eſt in cordibus eorum & oculis eorum ſcor- 14
tationis & peccati quod non habet intermiſſionem, & commovent animas homi-
num, & corruptum eſt cor eorum, & avaritia eſt exercitium eorum, & relinquunt
maledictionem filiis ſuis: Et peccârunt contra viam veritatis, & ſequuti ſunt 15
viam Balaam filii Baſor, qui dilexit mercedem iniquitatis ſuæ.

Versio VULGATA LATINA.

11 Ubi angeli fortitudine & virtute cùm sint majores, non portant adversùm se exe-
12 crabile judicium. Hi verò velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem
& in perniciem in his quæ ignorant blasphemantes in corruptione sua peribunt,
13 Percipientes mercedem injustitiæ, voluptatem existimantes diei delicias: coinqui-
nationes, & maculæ deliciis affluentes, in conviviis suis luxuriantes vobiscum,
14 Oculos habentes plenos adulterii, & incessabilis delicti. Pellicientes animas in-
15 stabiles, cor exercitatum avaritiâ habentes, maledictionis filii: Derelinquentes
rectam viam erraverunt, secuti viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis
16 amavit: Correptionem verò habuit suæ vesaniæ: subjugale mutum animal, ho-
17 minis voce loquens, prohibuit prophetæ insipientiam. Hi sunt fontes sine aqua,
18 & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reservatur. Superba
enim vanitatis loquentes, pelliciunt in desideriis carnis luxuriæ eos, qui paulu-
19 lùm effugiunt, qui in errore conversantur: Libertatem illis promittentes, cùm
ipsi servi sint corruptionis: à quo enim quis superatus est, hujus & servus est.
Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri, & Sal- 20
vatoris Jesu Christi, his rursùs implicati superantur: facta sunt eis posteriora
deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam justitiæ, quàm 21
post agnitionem, retrorsùm converti ab eo, quod illis traditum est, sancto man-
dato. Contigit enim eis illud veri proverbii; Canis reversus ad suum vomitum: 22
&, Sus lota in volutabro luti.

CAP. III.

HAnc ecce vobis, charissimi, secundam scribo epistolam, in quibus ve- 1
stram excito in commonitione sinceram mentem: Ut memores sitis eorum, quæ 2
prædixi, verborum à sanctis Prophetis, & Apostolorum vestrorum, præceptorum
Domini & Salvatoris. Hoc primùm scientes, quòd venient in novissimis die- 3
bus in deceptione illusores, juxta proprias concupiscentias ambulantes, Dicen- 4
tes; Ubi est promissio, aut adventus ejus? ex quo enim patres dormierunt, omnia
sic perseverant ab initio creaturæ.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

11 * اذ الملايكة المعظمون بالقوة والاقتدار ما يحتملون على انفسهم من قبل الرب دينونة افترآء *
12 * هولآء كالحيوانات التي لا نطق لها * الصائرين بطبيعتها للاقتناص والبلي * الاشيآء التي
13 ما يعرفونها يفترون عليها وينفسدون بفسادهم * تحتضنين اجر الظلم يحتسبون النعم في
14 النهار لذة * دنسون ومعابون * يتنعمون بطعياتهم اذ يجتمعون معكم في الولايم * لهم
اعين موعبة فسقا وخطايا لن تفسر ويخدعون انفس الذين لا رسوخ لهم * لهم قلبا قد ارتاض
15 الاستعلام * اولاد اللعنة * ضلوا اذ تركوا الطريق المستقيم * ابتعدوا طريقة بلعام بن بوصور
16 الذي احب اجر الظلم * واخذ توبيخ خطيته * لان حمارا لا صوت له نطق بصوت انسان
17 ومنع جهالة النبي * هولآء عيون لا ماء فيها * وغيوم تكدها الزوبعة * الذين قد حمي لهم
18 سواد الظلمة الى الابد * لانهم يتطقون بما يفوق نعظم الغرور * يخادعون بشهوات البشر
19 وطماناتها * الهراب بكهف * المنصرفون في الضلالة * يعدون انفسهم بالحرية * هولآء لم يزالوا
